UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologōn diaphorōn syngrammata palaia kai orthodoxa

Gessner, Conrad

Tiguri, 1560

VD16 G 1810

urn:nbn:de:hbz:466:1-72021

Visual Library

Th. 98 a.

ΘΕΟΛΟΓΩΝ ΔΙΑΦΟ-
ΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ ΠΑ-
ΛΑΙΑ ΚΑΙ ΟΡΘΟΔΟΞΑ.

THEOLOGORVM A-
LIQVOT GRAECORVM VETE-
RVM ORTHODOXORVM LIBRI GRAECI ET IIDEM
Latinitate donati: quorum pleriq; partim Latinè, partim
Græcè antehac non sunt editi.

CATALOGVM AVCTORVM VERSA
pagina exhibebit.



PSAL. LII.

(Zürich.)

CATALOGVS AVCTORVM QVI HOC LIBRO CONTINENTVR.

Κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων συνόδων.
Apostolorum, & tredecim sanctorum & ueterum conciliorum decreta.

Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου ἀρχιεπισκόπου θεοπόλεως Ἀντιοχείας, ἐπιστολαὶ δώδεκα.
Ignatij Beatissimi Martyris, & Archiepiscopi Antiocheni, epistolæ duodecim, Ioanne Brunnero Tigurino interprete.

Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου Χριστιανοῦ πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν.
Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν.
Athenagoræ Athenien sis philosophi Christiani Apologia, uel Legatio pro Christianis: Conrado Gesnero interprete.
Eiusdem. De mortuorum resurrectione: Petro Nannio interprete.

Αἰνείου Γαζαίου σοφιστοῦ Θεόφραστος, ἤτοι περὶ ἀθανασίας ψυχῶν καὶ ἀναστάσεως σωμάτων, διάλογος.
Aeneæ Gazæi Platonici Theophrastus, siue De animarum immortalitate, & corporum resurrectione dialogus, è Græco in sermonem Latinum conuersus, Ioanne Wolfio Tigurino interprete.

Τοῦ Κυδωνίου περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον.
Cydonij de contemnenda morte oratio. Raphaele Seilero Augustano interprete.

Ἑρμείου φιλοσόφου Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων.
Hermiæ philosophi irrisio gentilium philosophorum: eodem interprete.

Ἔκθεσις κεφαλαίων παραινετικῶν, χιλιαδεῖσα πρὸς ἀγαπητὸν τὸν διάκονον τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, πρὸς βασιλέα Ἰουστινιανόν.
Expositio capitum admonitoriorum, ædita ex tempore ab Agapeto Diacono sanctissimæ dei magnæ ecclesiæ, ad Iustinianum Imperatorem.

TYPOGRAPHVS CANDIDO. LECTORI S. P. D.



CVM in omnibus actionibus uiris bonis salus & utilitas reipublicæ Christianæ, qua omnes continemur, proposita esse debeat, tum maximè hanc ab ijs querendam arbitror qui libros typis excudunt & in publicum edunt. Nam ut ars typographica pietati & bonis literis prouehendis maximum adiumentum est, si bene ac legitimè exerceatur, ita uicissim uidemus magnas turbas in republica, & graues etiam offensiones eiusdem abusu excitari. Cùm scilicet praui typographi (habet enim noster ordo, ut omnia humana, suos quoque nævos) sui lucri, quàm publicę utilitatis studiosiores in lucem edunt scripta, partim maledica, & famosos libellos, quibus inter homines alioquin paratos dissidia seruntur & classicum canitur, partim obscœna, & turpia, & quæ Milesia, ac Sybaritica scripta ueterum lõge superant, quibus mores hominum ad malum sua sponte propensi quasi contagione quadam inficiuntur, partim, quod grauissimum est, impia, quibus errores pernicioſi, & manifestè blasphemiæ in uulgus spargũtur. Ab huiusmodi moribus & institutis cùm ego quàm alienissimus esse cupiam, statui paucis hîc rationem exponere, quare hos ueterum libellos in quibus fortè nonnulla sunt quæ aliquos offendant, in unum uolumen coniunctos edere uoluerim. Sunt enim nonnulli qui cùm nævos aliquos & lapsus in ueterum scriptis deprehenderint, ea statim è manibus abijciunt, & perpetuis tenebris huiusmodi libros sepeliendos esse clamant. Idq; eò magis quòd ex aduerso uident multos ita ueterum scriptis addictos, & in eorum auctoritatem iuratos, ut ipsorum auctoritatem sacris literis æquent, & dogmata religionis non tam ex sacris literis, quàm ex consuetudine, & patribus disceptari & dijudicari uelint. Illos itaq; nimium ridigos censores, qui statim omnia quæ non ad ipsorum stomachum faciunt damnant, primùm rogo ut mihi ignoscant si in his non omnia probantur quę nostrum hoc uolumen complectitur, idq; uel hac ratione quod hæc non à me primùm in lucem eduntur, sed eadem ab alijs edita sunt, attamen non in utraq; lingua. Existimo autem illos mihi non adeò iniquos fore, quin fateantur cum hæc sctipta in manibus hominum uersentur, satius esse ea in sua ipsorum lingua qua scripta sunt legi, quàm ab alijs translata. Sæpe enim interpretes eos qui in auctoribus non extant errores praua interpretatione generant, aut eos qui sunt augent, & aggrauant. Neq; tamẽ ideò omnes interpretationes abijciendas censeo quin potius in hoc ipso opere, propter eos qui Græcæ linguæ non satis periti sunt, adiunximus Græcis Latinas translationes. Quantum autem commodi typographi studiosis adferant, qui Græca Latinis translationibus adiungunt, nunc non exponam cùm in præfatione Aeliani nostri hoc ipsum abundè doceatur. Hoc tantum admonebo, si è regione Græca Latinis translationibus opponantur bonorum interpretum laudem fore illustriorem, deteriorum autem & mediocrium uitia & errata facilius caueri posse. Quod si hac ratione à Criticis nostris ueniam impetrare non possum, tum illud quoq; ab ipsis cogitari uelim, nobis non ita facile esse propter unum aut alterum nęuum abijcere & damnare tot ueterum scripta, quorum auctores uitam, & sanguinem suum religionis nomine profuderunt. Neq; enim ex uno aut altero nævo animaduerso, aut ex una, & altera sententia iudicandũ est de eorum doctrina, sed danda opera, ut ex toto corpore, scriptorum sententiam ipsorum colligamus, sæpe enim quę obscurius uno loco dicta sunt, alibi clarius ab ipsis explicantur. Quod si propter aliquos lapsus, & errores damnandi sunt integri libri, tum omnia fermè ueterum patrum scripta è manibus, & è bibliothecis studiosorum excutienda, & abeleganda erunt. Quot enim errores in Origene, quot in Tertullia no etiam à ueteribus notati sunt. Quis ignorat Cyprianum in baptizandis hæreticis à recepta nostro tempore sententia dissidere. In Ambrosio, Hieronymo, Chrisostomo & Hilario ac alijs patribus sunt quædam quæ uiris pijs, & doctis non probantur. Non tamen eorum scripta propterea in uniuersum reijciuntur, sed in eorum lectione apostolica regula seruatur, quæ iubet, omnia quidem probare, sed ea solum tenere quæ bona sunt. Nam ipsi quoque patres sua scripta ita legi uolunt, ut ea iudicio scripturarum subijciant. Ita satis ab ipsis Patribus refelluntur quidam nostræ ætatis non tam theologi quàm Patrologi, qui postha-

bitis quodammodo sacris literis omnes religionis controuersias ex patrum testimonijs & consuetudine dijudicari uolunt. Hoc enim modo etiam ipsi patres aliorum scripta legerunt, ut ea ex scripturis iudicarent. Nam de Cypriano Augustinus inquit: Nos nullam Cypriano facimus iniuriam, cùm eius quaslibet literas à canonica diuinarum scripturarum authoritate distinguimus. Neq; enim sine causa tam saluber uigilantiæ canon ecclesiasticus constitutus est, ad quem certi prophetarum, & apostolorum libri pertineant, quos omnino iudicare non audeamus, & secundum quos de cæteris, uel fidelium, uel infidelium libere iudicemus. Hãc itaq; regulam beati Augustini si quis tenuerit in legendis his libellis qui in hoc opere coniunctim eduntur, non facilè impinget. Ideo autem hos libellos in unum uolumen coniunxi quòd paruuli libelli (quales omnes hi seperatim sunt) & in bibliopolijs & in bibliothecis, uel latent inter reliquos, cùm eorum usus desideratur, uel etiam in uniuersum pereunt, simul autem coniuncti studiosorum usui sunt commodiores. Imitatus autem sum hac in re Cl. typographum. D. Henricum Petri Basilienſem qui & ante in Micropresbytico, & post in Orthodographis, eodem modo multa ueterum scripta coniunxit. Vt autem studiosis consulerem ne eandem rẽ sæpius emendo inanem faciant sumptum, nullum ex illis qui ab eo utraq; lingua sunt editi huic operi inserui, præterquam Athenagoræ libellum de resurrectione, quem ipsum quoq; omisissem nisi eius legationem statuissem edere ab altero omissam. Ignatium uerò cum ille Latine tantum ediderit ego Græcum exemplar manuscriptum nactus ex bibliotheca CL. V. piæ memoriæ D. Gaspari à Nydprugck existimaui neq; Henrico Petri molestum, studiosis autem plerisq; gratum fore, si ea quæ hactenus Latinè tantum circumferebantur, Græcè simul & Latinè à me fuissent edita, præsertim denuo nuper translata, & id cum rerum Indice copiosissimo. Hoc igitur meum consilium quod sum in huius operis editione secutus, in hoc quasi aditu operis exponere uolui, quod si boni ac eruditi uiri approbauerint, est quod gaudeam, sin minus, sciant hac in re non mihi uoluntatem defuisse iuuandi studia præsertim sacra, sed potestatem.

Feci ego quod potui hoc tempore, ac Deum quæso ut mihi adsit quò plura & maiora in usum cum omniũ aliorum, tum maxime sacrorum studiorum, quibus nostram officinam cõsecraui, proferre possim. Vale. 1559.

DE CANONIBVS APOSTOLORVM.



CANONES qui uulgo Apostolorum nominantur à Clemente Romano uersi & collecti dicuntur, sed Isidorus apud Gratianũ distinctione 16. ab hæreticis incerto auctore cõpositos esse scripsit. Canones enim, inquit, qui dicũtur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti patres illis assensum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamuis in eis utilia inueniãtur, tamen ab auctoritate canonica, & Apostolica, eorum gesta constat esse remota, atq; inter apocrypha reputata. Ad hanc Isidori sententiam illud etiam accedit, quod testimonio aũctorum probatorum huiusmodi canones destituuntur. Nam neq; Iustino, aut Irenæo, aut Clemente, aut Origene, aut Eusebio, aut Hieronymo, aut Ambrosio, aut Athanasio, aut Augustino, aut etiam Gelasio inter authentica Apostolorum scripta referri uideas. Præterea plerique canones in concilijs quæ longè post habita sunt, nempe in Antiocheno, Niceno, Chalcedonensi tum conditi dicuntur, tum ut à Patribus constituti allegantur. Quin etiam multa in ijs dicuntur quæ apostolicæ doctrinæ & rebus ac historijs illius seculi refragantur. Verum Isidorus in præfatione Conciliorum. Concilijs, inquit, præposuimus canones apostolorum, licet à quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & sancti patres eorum sententias synodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas posuerunt constitutiones. Cum autem duo fuerint Isidori, prior Cordubensis episcopus Augustini σύγχρονος, alter Hispalensis illo posterior, senioris testimonio uti Gratianum existimo, posterioris autem esse præfationem concilijs præfixam. Nam quod inquit hos canones synodali auctoritate roboratos esse, factum est in synodo Constãtinopolitana in Trullo, quę conuocata est post sextam synodum sub imperatore Iustiniano II. Zepherinus etiam Romanus episcopus in epistola ad episcopos per Siciliam, horum canonum meminit. Et Leo IX contra epistolam Nicetæ abbatis contendit canones hos esse Apostolorum. Verùm hi innumero canonum inter se non conueniunt, nam à Leone 50, à Zepherino 60, in concilio Constantinopolitano 85, munerantur. Vnde colligere licet hos canones non ab apostolis editos esse, sed paulatim collectos & uno postea nomine esse comprehensos, cum à diuersis diuerso tempore emanassent.

DE CONCILIORVM CANONIBVS ET PRIMVM de Niceno concilio.

NIcenum concilium à Constantino in Nicæa Bythiniæ congregatũ est anno post Christum natum 328. Causæ quæ pium Imperatorem ad hanc synodum conuocandam impulerunt duæ fuerunt. Primum dissensio erat inter Orientis, & Occidentis ecclesias de die Paschæ, quæ multis annis magnas & graues dederat turbas, & ecclesias distraxerat, atque adeò Orientem, & Occidentem hostiliter commiserat. Præterea Alexandriæ in Aegypto ab Arrio, cum illi in episcopatu Alexander prælatus esset, controuersia mota est de diuina natura filij Dei, quam Constantinus literis scriptis, & misso Alexandriam Osio Cordubensi episcopo frustra sedare conatus est: Arriana enim hæresis magis inualescere cœpit, ac longe lateq; grassari: quamobrem utriq; malo Imperator occurendum esse existimans, Synodum Nicenam conuocauit. Ius enim conuocandi Synodos imperatores antiquitus habuerunt. Damnatus est in hoc concilio Arrius cum nouo suo dogmate, ac fidei symbolo tota sacrarum literarum sententia de trinitate explicata: deinde certa celebrãdi paschatis ratio siue dies constituta est. Quoniã uerò dissensiones magnam in tota politia ecclesiæ ἀταξίαν inuehere solent, decreta aliqua ad mores & politiam ecclesiæ regendã edita sunt, id quòd deinceps fere in omnibus synodis factũ est. Ad dijudicandas aũt huiusmodi regulas canon sacrarum literarum adhibendus est, à quo cum aliquando recesserint boni Patres facile labi & impingere potuerunt. Nam & in his Nicenis canonibus edendis unus Paphnutius obstitit, quominus grauis, & iniquia lex de celibatu sacerdotum contra sacram, & aposto-

licam doctrinam statueretur. Præterea in huiusmodi decretis obseruandum est quod Gratianus ex Gregorio refert, regulas sanctorum patrum pro tempore, loco, persona & negocio instante necessitate traditas esse.

DE ANCYRANO CONCILIO.

ANcyrana synodus annis aliquot ante Nicænã celebrata est, quo tamen anno ignoratur. Interfuit huic synodo ac etiam præfuit Vitalis Antiochenus episcopus, qui ante Nicenã synodũ obijt. Adfuerũt prętereaMarcellus Ancyrãus, Amphió Epiphanienſis, Germanus Neapolitanus, Alphius, Apamenus, Narcissus Neroniadis, & alij quidam episcopi qui deinde Niceno quoq; concilio interfuerunt. Fuit autem Ancyra Galatiæ metropolis, circa quam Galli Tectosages habitarunt, hodie ut ferunt Mediacus nominatur. Quidam hoc concilium Anchyritanum alij Anquyranum, sed perperam nominant.

DE CONCILIO NEOCAESARIENSI.

NEocæsariense concilium etiam ipsum ante Nicænum celebratum est annus tamen huius concilij æque ut Ancyrani ignoratur. Præfuit huic concilio idem qui & Ancyrano, Vitalis Antiochenus: deinde interfuerunt etiam in hoc concilio Germanus Neapolitanus, Amphion Epiphanienſis, Alphius, Apamenus, Leontius Cæsarienſis Cappodociæ, Longinus item Neocæsarienſis, Sálaminus Germaniciæ, Narcissus Neroniadis & alij quidam episcopi, qui ante in Ancyrano, & postea quoq; in Niceno concilio præsentes fuerunt. Neocæsaria uero Póti Polemoniaci ciuitas est, in qua olim episcopus fuit Gregorius qui propter miracula quæ fecit Thaumaturgus nominatus est. Fuerunt autem (quantum coniectura assequi possum) duo hæc concilia conuocata non ad executienda & confirmanda dogmata fidei, sed ad collabentem illis in locis ecclesiæ disciplinam confirmandam & restituendam. Meminit utriusq; concilij Gratianus distinctione 16, quo etiam loco 24 canones Neocæsariæ editos esse scribit, qui numerus uitiatus uidetur, cum nostra ætate omnibus exemplaribus solum 14 habeantur.

DE CONCILIO GANGRENSI.

GAngrenſis synodus post Nicænam conuocata est propter Eustachium Sebastiæ Armeniorum episcopum, hic enim coniugium prohibuit, & à carnium cibo abstinendum esse docuit, unde factum estut multi coniugalem coniunctionem dissoluerent. Et qui communionem in ecclesia uitarent, eis in priuatis ędibus ut communicarent, suasit. Seruos, qui Deum colere uel cum prætextu pietatis statuissent, etiam præter dominorum uoluntatem libertate donauit. Et quum ipse singularem sibi & insolitum philosophorum more habitum sumpsit, tum nouas quoq; sectatoribus suis uestes dedit. Mulieres ne comã haberent constituit. Stata ieiunia auersatus, Dominicis diebus potius ieiunandum esse docuit. Incóiugum domibus precationes fieri prohibuit. Ac si Laicus quisquam cóiugum in matrimonio legitimo habens, presbyter lectus esset, eius benedictionem & communionem perinde atq; piaculum abominandum deuitare iusit. Hæc ille atq; alia hisce simila & docuit & egit, quapropter Gangrenſis in Paphlagonia synodus cum exauthoratum, cum institutis suis, anathemate quoq; iugulauit. Nicephorus ecclesiasticæ historiæ lib. 9. cap. 45. Socrates lib. 2. cap. 43. Sozomenus lib. 3. cap. 14 refert, Eustachium Armenijs, Paphlagonibus & ijs qui ad Pontum habitant monasticæ uitæ auctorem fuisse, ac leges tulisse de rebus ad hanc pertinentibus, quinetiam nonnullos Asceticum Basilij ab hoc scriptum affirmare. Eúmque nimio studio uitæ monasticæ in absurdas has opiniones & traditiones delapsum esse. Nonnullos tamen hos errores non illi sed discipulis eius ascribere.

DE CONCILIO ANTIOCHENO.

ANtiochiæ plures synodi conuocatæ fuerunt, Canones tamen hi in quibusdam editionibus Latinis referuntur ad synodum quæ Antiochiæ in ancænijs conuenit. Celebra

ta uerò

ta uerò est illa Synodus imperatore Constantio: Marcello & Probino Cos. Damnatus est, in hac synodo beatus Athanasius ab Arrianis, & in eius locum substitutus Gregorius. Edita etiam est in hac synodo confessio, aut symbolum fidei, quod prima specie Niceno consentire uidebatur, uerum Arrij sententiam defendebat. Extat hoc symbolum in historia ecclesiastica Socr. lib. 2, & apud Athanasium, item apud Hilarium in libro de synodis.

DE CONCILIO LAODICENO.

LAodicena synodus celebrata est tẽpore imperatoris Constantij, uel ut alij uolunt post mortem Souiniani. Mentio huius synodi fit in Decreto Gratiani Dist. 16. ubi scribitur Theodosium episcopum præcipuum auctorem canonum huius concilij fuisse.

DE CONCILIO CONSTANTINOPOLITANO.

COnstantinopolitanum Concilium iussu Theodosij imperatoris congregatum est, anno à Christo nato 385, Cos. Euagrio, seu Syagrio, ut eum alij nominant, & Eucherio. Damnatus est in hoc concilio à 150 patribus Macedonus cum suis sectatoribus, qui spiritum sanctum Deum esse negabant. Confirmarunt Patres in hoc concilio fidẽ Nicenam, & constituerunt patriarchas, & prouincias distribuêre, mandantes ut unus quisq; episcopus ad extraneas ecclesias non iret, causa docendi, uel ordinandi. Hoc enim olim propter persecutionis tempus indifferẽter fiebat. Alia quoq; statuêre quæ ex canonibus cognosci possunt. Numeratur hoc concilium secundo loco inter quatuor Oecumenica aut uniuersalia, quæ fidei symbola ediderunt.

DE CONCILIO EPHESINO.

COncilium Ephesinum tertium ex quatuor Oecumenicis in quo 200 episcopi congregati fuerunt, conuocatum est iussu Theodosij iunioris anno D. 435 Basso & Antiocho Cos. Causam conuocandi concilij dedit Nestorius episcopus Constantinopolitanus, qui Mariam Dei genitricem nominandam esse negabat, & humanitatem Christi à diuinitate separabat. Oppugnauit hunc acriter Cyrillus Alexandrinus episcopus ac eum damnauit, q ægrè ferens se absente factum esse Ioannes Antiochenus, cum Orientalibus episcopis se Cyrillo opposuit. Verùm imperatoris sententia Nestorius in Oasim relegatus est, & tandẽm pace facta Orientales episcopi in Nestorij damnationem consenserunt.

DE CONCILIO CHALCEDONENSI.

CHalcedonense concilium quartum ex Oecumenicis à Martiano imperatore conuocatum est, anno 455 Martiano & Adelphio Cos. contra Eutychetem. Fuit Eutyches abbas in monasterio apud Constantinopolim, qui contrariam Nestorio uiam ingressus diuinam in Christo naturam cum humana cõfundebat, huic se initio opposuit Flauianus episcopus Constantinopolitanus, ac synodo hac de causa Ephesi conuocata à Theodosio iuniore, uicit Eutyches tyrannide Dioscori Alexandrini, qui calcibus insiliens in Flauianum eum ita tractauit ut triduo moreretur. Verum Martianus Imp. qui Theodosio successit admonitus à Leone Papa synodũ apud Chalcedonem cõgregauit, in qua à 630 episcopis Eutyches & Dioscorus una cum nouo suo dogmate damnati sunt.

DE CONCILIO SARDICENSI.

SArdicense concilium in Illyrico congregatum est iussu Constantis & Constantij Impp. cum Athanasius Alexandria eiectus ad Constantem confugisset. Conuenerunt illuc episcopi plus quam 300 qui cum Nicena synodo sentirent. Ex Arrianis autem congregati sunt 76, qui tamen cum Athanasij damnationem impetrare ab alijs non possent Philippopolim Thraciæ secesserũt, ac Nicenę synodi decretũ de consubstantialitate damnarunt.

Contra uerò qui Sardicæ conuenerant, primum horum damnauerunt uesaniam, deinde Athanasij accusatores dignitate priuarunt, & fidem Nicenam confirmarunt, edita fidei ex positione quæ apud Athanasium, & Hilarium, & in ecclesiastica historia extat.

DE CONCILIO CARTHAGINENSI.

CArthagine plura concilia conuocata fuerunt, hoc autem quod hic primo loco ponitur, plerique sextum Carthaginense concilium nominant. Conati sunt in hoc concilio Romani pont. Zosimus, & Bonifacius sibi asserere primatum & imperium in omnes ecclesias, & canonē quendā concilij Sardicensis pro Niceno protulerunt, uerū ipsorum dolus ab Afris episcopis deprehensus & eorum tyrannis repudiata est. Adduntur huic concilio etiam alia Afrorum concilia, quorum tempus, & locus singulis adscribitur.

DE CONCILIO CONSTANTINOPOLITANO in Trullo.

COnstantinopoli sub Iustiniano. 1. Synodus conuocata est quàm Quintam Oecumenicam nominant Mena & deinde Eutychio episcopis Constātinopolitanis, Vigilio Romano, in hac Theodorus Ascidas Cæsareæ episcopus, damnatus est, & cum eo etiam alij qui Origenis praua dogmata sectabantur. Deinde sub Constantino Pogonato, anno imperij eius duodecimo, alia synodus conuocata est, quę sexta synodus nominatur, damnata est in hac synodo Monothelitarum hæresis, qui Eutychianum errorem aliorum nomine & titulo reuocantes, unicam solummodo in Christo uoluntatem, & operationem statuebant. Annis deinde 27 post ut Theophanes Græcus auctor docet hoc est anno secundo Iustiniani iunioris postquam is denuo in imperium restitutus est, synodus Constantinopoli cōuocata est in Trullo regio Palatio. Hæc synodus à quibusdam πενθ' ἑκτη nominatur, propterea quòd ea quæ quintæ & sextæ synodo deerant, suppleuerit, nam in illis synodis nulli canones editi fuerunt.

DE CONCILIO NICENO SECVNDO.

ANno Domini 754 Constantinus Copronymus synodo Constantinopolim conuocata usum imaginum in templis damnauit, easq; è templis eiecit, & hanc synodum septimam uniuersalem haberi & nominari uoluit. Verùm 35 annis post hanc synodum, Irenes eius uxor, post ipsius obitū cum filio Constantino aliam synodū Niceæ conuocauit per quā imagines denuo approbatæ & in templa repositæ sunt. Hāc synodum septimā, & Nicenam secundam nominant.

DE IGNATIO.

IGnatius Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum episcopus commouente persecutionem Traiano, damnatus ad bestias Romam uinctus mittitur. Cumq; nauigans Smyrnam uenisset, ubi Polycarpus, auditor Ioānis episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallienses, quartam ad Romanos, & inde egrediens scripsit ad Philadelpheos, & ad Smyrnæos, & proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem ecclesiam, in qua & de euangelio quod nuper à me translatum est super persona Christi ponit testimonium, dicens: Ego uero & per resurrectionem in carne eum uidi, & credo quia sit. Et quoniam uenit ad petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis, Ecce palpate me, & uidete quia non sum dæmonium corporale. Et statim tetigerunt eum & crediderunt. Dignum autem uidetur, quia tanti uiri fecimus mentionem, & de epistola eius quam ad Romanos scribit pauca ponere. De Syria usque ad Romam pugno ad bestias, in mari & in terra, nocte dieq; ligatus cum decem Leopardis, hoc est, militibus, qui me custodiunt, quibus & cum benefeceris peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est, sed non idcirco iustificatus sum. Vtinā fruar bestijs quæ mihi sunt præparatæ

ratæ, quas & oro mihi ueloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me, ne sicut, & aliorum martyrum nó audeant corpus attingere. Quod si uenire noluerint ego uim faciam ut deuorer. Ignoscite mihi filioli quid mihi prosit ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quæ uidentur desiderans, ut Iesum Christum inueniam. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli, in me ueniant, tantum ut Christo fruar. Cumq; iam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi cum rugientes audiret leones ait, Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inueniar. Passus est anno 11 Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent, extra portam Daphniticam in coemiterio. Hieronymus in Catalogo script. Eccl.

Præter epistolas septem quæ ab Hieronymo & Eusebio commemorantur, nostra ætate etiam quinq; aliæ Ignatio adscribuntur, ad Mariam quæ in quibusdam exemplaribus Cassobolita nominatur, ad Philippenses, ad Tarsenses, ad Antiochenos, & ad Heronem. Circúferuntur etiam Latinæ epistolæ Ignatio inscriptæ ad Ioannẽ quem seniorem appellat, & ad Mariam matrem domini. Quibus epistolis quid tribuendum sit lectori pio iudicandum relinquemus. Qui tamen plura de Ignatio, eiusq; doctrina, & his epistolis cognoscere desiderat, legat 10 cap. Centuriæ 2 nouæ ecclesiasticæ historiæ.

DE ATHENAGORA.

QVo tempore Athenagoras uixerit eius Apologia satis ostendit, quæ M. Antonino & M. Aurelio Commodo Impp. inscribitur. Ex philosopho ipsum ad Christianam fidem conuersum esse, titulus ac nomen philosophi iudicare uidetur, & hoc ipsum confirmat eximia philosophicarum rerum cognitio, quæ in eius libris apparet. Vbi uixerit, aut quando obierit, quid egerit cognoscere non potuimus quandoquidem nulla eius ab Eusebio & alijs historicis fit mentio. Legatio eius indicare uidetur ipsum aliquando à Christianis legatum missum esse ad Antoninum, quod certe factum non fuisset, nisi inter fideles magni nominis fuisset: ueruntamen Legationis suæ nihil assecutus est, principis enim animus odio Christianorum exasperatus apologia placari non potuit, uerùm post pluuia miraculosa mutatus est.

DE AENEA GAZAEO.

AEneas Gazæus Platonicus quando uixerit non est certum. Verisimile tamen est eum circa Zenonis & Anastasij tempora floruisse, ueluti & Rhenano uisum est. Propterea quod circa dialogi finem se uidisse magnæ Lybiæ sacerdotes ait, exectes à tyranno linguis articulata nihilosecius uerba pronunciantes. Quod supplicij genus Humerichus Vuandalorum rex, qui tũc Afris imperitabat, Homonsianis inflixit. Eiusdem esse à quibusdam existimantur 24 epistolæ Græcę quæ sub nomine Aeneæ sophistæ ab Aldo sunt impressæ.

DE CYDONIO ET HERMIA.

QVis hic Cydonius fuerit nó est certum existimo tamen esse Demetrium Cydonium, de quo sic scribit Volaterranus. Demetrius Thessalonicensis uir doctus æque ac sanctus, Græca Latinaq; facundia præditus, patria decedens Mediolanum uenit, ubi Latinis pariter & Theologiæ operam dedit. Thomæ Aquinatis libros in Græcum uertit sermonem, qui hodie in bibliotheca Vaticana cernuntur. Scripsit & contra Eunomium de diuinitate filij, postremo reuertens in Creta substitit, ubi erogatis in pauperes bonis, in quodam ibi coenobio persanctè, citra tamen professionem uixit pariterq; defunctus est, annis ab hinc fere ducentis. Hęc ille. Tradunt præterea extare eiusdem auctoris multos libros in Bibliothecis Italiæ Contra Cabasilã Richardi monachi librum contra Machumeticam sectam in græcam linguam translatum, qui in Latinam linguam traslatus est à Bartolomæo Piceno, & unà cum Alcorano Basileæ editus. Augustini etiam quædam ab eodem translata. Opus contra Palaman. Sermones in Pentecosten. Epistolas, Dialogos. Hermias philosophus

quis

quis fuerit quando uixerit ignoro. Nam cum plures hoc nomine fuerint, nulli tamen hicli ber conuenire uidetur ex ijs qui noti mihi sunt.

DE AGAPETO.

AGapetus diaconus magnæ & sacrosanctæ Dei ecclesiæ scripsit sententias paræniticas ad Iustinianum Cæsarem, quod scriptum Græci schedam regiam appellant, disserte nim de regis officio. Cęterum primæ omnium sententiarum collectę literæ ita sonãt, τῷ θειοτάτῳ καὶ θυσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος διάκονος. Vixit Iustiniani tempore Agapetus Rom. PP, an autem ab illo hæc paræneſis antequam Pontificatum adipiſceretur conſcripta ſit, an ab aliquo Conſtantinopolitanæ eccleſiæ miniſtro, alijs iudicandum relinquo.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM.



ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ χειροτονείσθω ὑπὸ δύο ἢ τριῶν.

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ ὑπὸ ἑνὸς ὡσαύτως 2
πρεσβυτέρου χειροτονείσθω, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, παρὰ τὴν τοῦ 3
κυρίου διάταξιν τελῶν τὴν θυσίαν, προσενέγκῃ ἑτέραν τινὰ παρὰ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ὁπωσδήποτε, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶόν τινα, ἢ ὅσπρια, παρά τινα διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νεοτρυγήτου, ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ ἑαυτῆς.

Μὴ ἐξὸν δέ ἐστιν, ποσάγειόν τι ἕτερον πρὸς τὸ 4
θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰσφέρειν, καὶ θυμίαμα, τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς.

Ἀπαρχὰς ὁπώρας εἰς οἶκον ἀποστέλλεσθαι τῷ 5
ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. διῆλον δέ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι μεριζέτωσαν τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, γυ- 6
ναῖκα μὴ ἐκβαλέτω προφάσει εὐλαβείας· ἐὰν δὲ ἐκβάλῃ, ἀφοριζέσθω· ὡσαύτως δέ, καθαιρείσθω.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, κοσ- 7
μικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω· εἰ δὲ μή, καθαιρείσθω.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκο- 8
νος τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τοῦ ἐαρινοῦ ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκο- 9
νος ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γνωμένης, μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. καὶ ἐὰν ἡ λόγος, συγγνώμης τυγχανέτω· εἰ δὲ μὴ λέγοι, ἀφοριζέσθω, ὡς ἄτοπος βλάβης αἴτιος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ἐμποιήσας τῆς προσενεγκάντος.

Πάντας δὲ εἰσιόντας πιστοὺς, καὶ τὰς γραφὰς ἀ- 10
κούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ ἐπὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίας ἐμποιοῦντας ἐκκλησίας, ἀφορίζεσθαι χρή.

Εἴ τις ἀκοινώνητος, κἂν μόνῳ οἰκῳ συνδύξηται, ὁ- 11
μοίως ἀφορίζεσθω.

Εἴ τις καθειργμένῳ κληρικὸς ὢν ὡς κληρικῷ συνδύ- 12
ξηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός.



EPISCOPO manus imponunto duo uel tres episcopi.

Presbytero, & diacono, & alijs clericis unus episcopus manus imponito.

Si quis episcopus, aut presbyter præter domini constitutionem de sacrificio, ad altare offerat alia quæpiam, seu mel, seu lac, aut uini loco potionem ullam factitiã, uel aues, uel animalia aliqua, uel legumina non ex illa constitutione, deponatur: præter nouas spicas uel botros suo tempore.

Licitum autem nó esto, admouere aliud quid ad altare, quàm oleum in lampadem, & thymiama, tempore sanctę oblationis.

Aliorum decimæ, primitiæ ue fructuum omnium in domo mittantur episcopo ac presbyteris, & non super altare. Manifestum aũtquod episcopus & presbyteri dispertiunt diaconis & cæteris clericis.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus suam uxorem non eijciat occasione religionis. Si uerò eijcit, à communione pellatur: persistens, ordine remoueatur.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus seculares curas nó adsumat, alioqui deponatur.

Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus, sanctum paschæ diem ante ueris æquinoctium secundùm Iudæos egerit, à gradu suo deijciatur.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut alius ordinis ecclesiastici, oblationis factæ particeps non extiterit, causam dicito: & si iusta fuerit, ueniam cõsequatur: Sin minus, à consortio segregetur, ut author offensionis factus populo, & suspicionem præbens in offerentem.

Omnes introeuntes fideles, & scripturas audientes, non permanentes autem in oratione & sancta communione, uelut perturbationem instituentes in ecclesia, separari oportet.

Si quis cum interdicto, etiam domi, simul orauerit, iste interdicatur.

Si quis cum depositi clericus ut cum clerico simul orauerit, deponatur & ipse.

a excom-

Si quis aut clericus aut laicus excommunicatus, uel ſuſpenſus in aliam ciuitatem profectus recipiatur ſine literis commendatitijs, excomunicetur & excipiens & exceptus (iam ſuſpenſus) uerum ſi fuerit ex cõmunicatus, aggrauetur in eũdem excommunicatio, tanquã mendacio imponentem eccleſiæ Dei.

13 Εἴτις κληρικὸς ἢ λαικὸς ἀφωρισμένος ἢ τοι ἐκκλησίας ἀπελθὼν, ἢ ἐτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφωριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς. εἰ δὲ ἀφωρισμένος ἐστὶν, ὥστε ἐπὶ πλεῖον αὐτῷ ὁ ἀφορισμὸς, ὡς ψευδομένῳ καὶ ἀπατῶντι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ.

Dicimus, epiſcopo ſuam deſerenti parœciam, non licere in alienam inſilire, quamuis à plurib. fuerit uiolenter attractus: ſi non eſt aliqua rationabilis cauſa, quæ hoc urgeat ipſum facere, puta ſi ualeat ipſe maius lucrum habitãtibus uerbo pietatis afferre. Et hoc non ex ſeipſo, uerùm iudicio multorum epiſcoporum, & exhortatione maxima.

14 Ἐπίσκοπον μὴ δεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾶν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται· εἰ μή τις λόγος αὐτὸν ἔχοι, ἢ τὸν βιαζόμενον αὐτὸν πείθειν, ὡς πλεῖον κέρδος δυνάμενόν αὐτὸν τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβαλλέσθαι· καὶ τοῦτο δὲ, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κείσει πολλῶν ἐπισκόπων, καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

Si quis presbyter, uel diaconus, aut de numero clericorum quiuis alius ſuam parœciã repudians in alteram conceſſerit, & omnino demigrans agat in aliena parœcia præter uolũtatem proprij epiſcopi, iam non amplius hunc myſticis operari permittimus, ipſum maximè ſuo ſi reuocanti epiſcopo, ut redeat, non obedierit, in ataxia permanens, ut laicus tamen ibi habitans communicato.

15 εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ κληρικοῦ, ἀφεὶς τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι, καὶ παντελῶς μεταστὰς διατρίβοι ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· τοῦτον μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μᾶλλον προσκαλοῖτο αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπακούσῃ, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ, ὡς λαϊκὸς μὲν ἐκεῖσε κοινωνείτω.

Si uerò epiſcopus apud quem ſunt, nihili faciens aduerſus eos decretam ceſſationem, receperit ipſos tanquam clericos, uelut ataxiæ magiſter à cœtu fraternitatis arceatur.

16 εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ τυγχάνων, παρ' ὃν ἐλήλυθε λογισάμενος τὴν κατ' αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἐξαγίαν, λέληθεν αὐτὸν ὡς κληρικοὺς, ἀφορίζέσθω ὡς διδάσκαλον ἀταξίας.

Alteris implicitus poſt baptiſmum nuptijs, uel pellicẽ habẽs, nõ poteſt eſſe epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino ex ordine clericorum.

17 Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

Qui uiduam duxit, aut eiectam, uel meretricem uel ancillam, uel quampiam ſcœnicam, nõ poteſteſſe epiſcopus, aut presbyter aut diaconus, aut omnino de ſacro clericorum numero.

18 Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τὴν ὧν σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἢ διάκονος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

Duas ſorores in coniugiũ ducens, fratris ue aut ſororis filiã, non poteſt eſſe clericus.

19 Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος ἢ ἀδελφιδῆ, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

Clericus ſe fideiuſsionibus implicans, gradu ſuo deijciatur.

20 Κληρικὸς ἐγγυᾶς διδοὺς, καθαιρείσθω.

Si quis hominum exectione factus eſt eunuchus, uel ſicui ſint in perſecutione amputata uirilia, uel ſi talis ipſe natus eſt, alioqui dignus, epiſcopus etiam fieri poteſt.

21 εὐνοῦχος, εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ ἀνδρῶν, ἢ οὕτως ἔφυ, καὶ ὄντα ἄξιος, ἐπίσκοπος γινέσθω.

Qui ſeipſum mutilauit, non efficiatur clericus: nam ſuæ cædis author eſt, & hoſtis opificij Dei.

22 Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικὸς, αὐτοφονευτὴς γὰρ ὄντα ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

Si quis iam clericus exiſtens ſeipſum mutilarit, deponitor: eſt enim ſui necator.

23 Εἴ τις κληρικὸς ὤν, ἑαυτὸν ἀπακρωτηριάσῃ, καθαιρείσθω. φονεὺς γὰρ ὄντα ἑαυτοῦ.

Laicus qui ſeipſum mutilauit, ab alijs ſeparetur annos tres. Inſidiator eſt enim ſuæ uitæ.

24 Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφορίζέσθω ἔτη τρία. ἐπίβουλος γάρ ἐστι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus in ſcortatione, uel periurio, uel furto deprehenſus, ordine ſuo ſummoueatur: ab eccleſia tamen non excludatur. Dicit enim ſcriptura, bis

25 Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ἐπιορκίᾳ, ἢ κλοπῇ ἁλόντες, καθαιρείσθω, μὴ μὲν ἀφορίζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφή, ἐκκλίνατε

σὰς δὲ ὧν αὐτό. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

ultionem de eodē non sumes. Eodem modo & alij clerici.

Τοὺς ἐκ κλήρου προσελθόντας γαμῆσαι, κελεύομεν βουλομένοις γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους.

26 Ex non coniugatis ad clerum euectis coniuges accipere uolentibus, permittimus hoc lectoribus & cantoribus solis.

Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, διὰ τοιούτων φοβεῖν ἐθέλοντα, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. οὐδαμοῦ γὰρ κύριος ἡμᾶς ἐδίδαξεν· τύπτειν δέ, αὐτὸς τυπτόμενος οὐκ ἀντέτυπτεν· λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων, οὐκ ἠπείλει.

27 Episcopum uel presbyterum, uel diaconū uerberantem fideles errantes, aut infideles iniuriam facientes, per hoc terrere uolentem, ab officio depeni mandamus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit: imò uerò contrà, ipse percussus non repercutiebat, affectus maledictis, maledictanon reponebat: quúmque pateretur, non minabatur.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἂν ἐγκλήμασι φανεροῖς, ἅψαιτό ποτε ἐγχειρίδεισης αὐτῷ λειτουργίας· ἔστω παντάπασιν ἐκπεπτωκὼς ἐκκλησίας.

28 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus obmanifesta crimina iustè depositus, ausus fuerit attrectare munus aliquando sibi creditum, is omnino ab ecclesia excindatur.

Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τὴν ἀξίαν ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας· καὶ ἐκπεπτωκὼς παντάπασι τῆς κοινωνίας, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου.

29 Si quis episcopus huiusce dignitatis compos fuerit pecunia factus, aut presbyter, aut diaconus, deponitor & ipse, & qui manus imposuit, ac penitus abscindatur à consortio, ut Simon magus à me Petro.

Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω καὶ ἀφορίζεσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

30 Si quis episcopus principū potentatuúmque mundi fauore fuerit ecclesiam consecutus, deponuntor & excómunicātor omnes cum eo cómunicantes

Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, χωρὶς συναγωγῆς, καὶ θυσιαστήριον ἕτερον πήξῃ, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ ἐπισκόπου ἐν δυσεβείᾳ ἢ δικαιοσύνῃ, καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος· τύραννος γὰρ ἐστιν· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί, καὶ ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται. οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφορίζεσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

31 Si quis presbyter, episcopo proprio contempto, seorsum collectas egerit, & aliud altare struxerit, nullius in iustitia & pietate criminis reū peragens episcopum, deponitor ut ambitiosus: est enim tyrannus. Eodem quoq; modo & reliqui clerici, quicunque illi suffragiū suum dederunt. Laici uerò ab ecclesiæ societate pellantur. Hæc autem post episcopi unam, & secundam, & tertiam admonitionem fiant.

Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ ἐπισκόπου γένηται ἀφορισμῷ, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι ἄλλῳ παρ' ἐκείνου δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτόν, ἐὰν μὴ τελευτήσῃ ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

32 Si quis presbyter aut diaconus ab episcopo sit à communione remotus, hunc nó licere ab alio recipi, quàm ab eo qui remouit: nisi fortè sit mortuus qui summouerat, episcopus.

Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων, αὐτὸν συστατικῶν προσδέχεσθαι· καὶ ἀφορμολογῆσαι αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. εἰ μὲν οὖν κήρυκες εἰσὶ τῆς εὐσεβείας, προσδέχεσθωσαν· εἰ δὲ μή γε, τὰ πρὸς χρείας αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέχεσθε. πολλὰ γὰρ καὶ τὰ συναρπαγὴν γίνεται.

33 Nullus peregrinorum episcoporū, uel presbyterorum, uel diaconorum sine commendatitijs excipiatur: has uerò dum secum ferunt, ipsi examinentur. Et si quidem fuerint præcones pietatis, admittantur: sin minus, illis ad uictum necessaria cum præbueritis, ulteriùs ipsos in consortium ne recipiatis. Multa nempe fiunt inuasionis & rapinæ causa.

Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδὲν περισσὸν πράττειν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης· ἕνεκα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὸν χώραις. ἀλλὰ μὴ δὲ ἐκεῖνο ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ θεὸς διὰ τοῦ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

34 Cuiusque nationis episcopos scire oportet, inter eos quis primus ac præses, & ipsum pro capite censere, neque magnum quid gerere sine ipsius iudicio: Illa uerò unumquemq; duntaxat agere, quæ ad suam parœciam pertinent, & ad loca sub illa. Sed neque primus ille quicquā faciat sine omnium consilio: sic erit enim concordia, & glorificabitur Deus per dominū in sancto

spiritu, Pater & filius, & sanctus spiritus.

Episcopum non audere extra suos terminos ordinationes facere in ciuitatibus, & regionibus sibi non subiacentibus. Si uerò conuincatur id fecisse præter uoluntatem obtinentiũ ciuitates illas, aut regiones, deponatur & ipse, & quibus manus imposuit.

Si quis ordinatus episcopus officium publicum curamq; populi suę manui commissam nõ acceperit, segregatus hic esto, dum susceperit. Eodem quoque modo & presbyter, & diaconus: sin illuc profectus, non sua uolũtate, sed populi nequitia non recipiatur, ipse quidem maneat episcopus, clerici uerò ciuitatis à societate pellantur, qui non fuerunt inobedientis & refractarij populi doctores.

Bis episcoporum cõuentus habeatur per annum. Tum super dogmatis religionis inter se discutiant & examinent, & occurrentes ecclesiasticas controuersias dirimant. Semel quidem quarta pentecostes hebdomade: iterum uerò Hyperberetæi duodecimo.

Presbyteri & diaconi sine uoluntate episcopi nihil faciant. Is etenim est, cuius fidei populus domini creditus est, & à quo repetetur animarum populi ratio.

Omnium ecclesiasticarum rerum curam gerat episcopus, & eas uelut obseruante Deo gubernet. Nec sibi tamen uendicare liceat ex ipsis aliquid, res ue Dei proprijs consanguineis donare. Si pauperes hi sint, ut pauperib. præbeat. Sed ecclesiastica non distrahat. Nec dissipet illorum causa.

Manifestæ sint episcopi facultates proprię (si quas tamen proprias habet) & manifestę res dominicæ: ut episcopus de priuatis suis, morte, quibus uult, & quomodo uult, relinquere possit. Nec intercipiantur episcopi facultates sub ecclesiasticarum rerum obtentu, nónunquam liberos, & uxorem uel cognatos habentis, aut seruos possidentis. Iustum quippe est apud Deũ & homines, ecclesiam neque damni quicquam sustinere, quod episcopalia bona ignoret: neq; episcopum uel eius cognatos occasionem ecclesiæ lædi, uel etiam necessitudine sibi coniunctos in molestias incidere, & ipsius mortem diffamari.

Volumus episcopum rerum ecclesiasticarum potestatem habere. Nempe si preciosæ hominum animæ eius fidei creduntur, multò certè magis decens est de pecunijs mandare: ut secundum eius authoritatem distribuantur indigentibus per presbyteros & diaconos, & erogentur cum timore Dei, & omni cautione. Sed & ipsum pariter ea inuicem sumere, quibus

τι, ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

35 Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὁρίων χειροτονίας ποιεῖσθαι, εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις ἢ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

36 Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος, μὴ παραδέξηται τὴν λειτουργίαν καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ, ὅσον ἀφορισμὸν ὑπομεῖναι, ἕως ἂν παραδέξηται· ὡσαύτως καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος. εἰ δὲ ἀπελθὼν, μὴ ἐλθεῖν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς μὲν ἔστω ἐπίσκοπος, ὁ δὲ κλῆρος τῆς πόλεως, ἀφορίζεσθω· ὅπου δὲ τοῦτο λαὸν αὐτοπάθειν ποιεῖ, καὶ τοὺς ἐγχωρίους.

37 Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἱερέων, καὶ αὐξηρίνετωσαν ἀλλήλας τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν. ἅπαξ μὲν τῇ πεντηκοστῇ ἑβδομάδι τῆς ἀναστασεως· δεύτερον δέ, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῳ.

38 Οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι ἀδυνάμως τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν· αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου ᾧ καὶ τὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθήσεται.

39 Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς θεοῦ ἐφορῶντος. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τῶν τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πτωχοί εἰσιν, ὡς χορηγεῖται ὡς πτωχοῖς, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω.

40 Ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε καὶ ἴδια ἔχει) καὶ φανερὰ τὰ κυριακά, ἵν' ἐξουσίαν ἔχῃ τῶν ἰδίων τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται. καταλάβῃ. καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἁρπάζειν τὰ τῶν ἐπισκόπου, ἐπεὶ ὅτε γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς ἢ οἰκέτας. ἅπαντα γὰρ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὃ μήτε τῇ ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας ἐνοχλεῖσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοῦ αὐτῷ ἀμφίβολα, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον ἐπισφαλῆ ποιεῖν.

41 Προσάπασιν μὲν τὸν ἐπίσκοπον οὐσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτοῦ πιστεύεσθαι, πολλῷ μᾶλλον δεῖ μᾶλλον τῶν χρημάτων ἐπιτελεῖσθαι, ὥστε τῇ αὐτοῦ οὐσίαν πάντα διοικεῖσθαι τοῖς ἐνδεέσι ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου θεοῦ, καὶ πάσης σπουδῆς. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν διοικου-

των (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρείας καὶ τῶν ὑπὲρ ξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς καὶ μηδένα τρόπον αὐτοῦ ὑστερῆσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο, τοῦ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τρέφεσθαι. ἐπείπερ οὐδὲ στρατιώτης ποτὲ ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα καὶ πολεμίων ὑπηφέρεται.

indiget (si tamen indiget) ad suos, & hospitaliter exceptorum fratrum necessarios usus. Ita ut nullo modo sint ipsi posteriore ac deteriore cæteris conditione. Nam Dei lex edicit, assidentes altari de altari pasci. Quandoquidem nec miles unquam suis stipendijs in hostes militat.

Επίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων, καὶ μέθαις· ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. 42

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ uacans, aut ebrietatibus, uel desistat, uel gradu suo deijciatur.

Υποδιάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριζέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκοί. 43

Hypodiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens, uel desinat, uel segregetur. Similiter & laici.

Επίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, τόκους ἀπαιτῶν δανειζομένους, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω. 44

Episcopus, aut presbyter aut diaconus usuras exigens à mutuantibus, uel desistat, uel ordine multator.

Επίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος αἱρετικοῖς συνευξάμενος, μόνον ἀφοριζέσθω. εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω. 45

Episcopus aut presbyter, aut diaconus simul cum hæreticis orans: societate dũtaxat separet. Si uerò permiserit ipsis, ut clericis agere quippiam, deponatur.

Επίσκοπον ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξαμένους βάπτισμα ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. τίς γὰρ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου. 46

Episcopum uel presbyterum hæreticorum probantem baptismum, uel sacrificium, deponi præcipimus. Quid enim commune Christo cum Belial? uel quæ sors fideli cum infideli?

Επίσκοπος ἢ πρεσβύτερος τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας ψευδιερέων. 47

Episcopus aut presbyter si quem secundum ueritatem baptizatum denuò baptizarit, aut à nefarijs pollutum non baptizarit, ut crucẽ Dominiq; mortem ridens, & sacerdotes à falsis sacerdotibus non discernens, ordine moueatur.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλὰ εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ εἰς τρεῖς υἱοὺς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω. 48

Si quis episcopus, aut presbyter non iuxta domini mandatum baptizauerit in patrem, & filium, & sanctum spiritum: sed in tres expertes principij, uel in tres filios, uel in tres paracletos ordinis abdicatione plectatur.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ ἀλλὰ ἓν βάπτισμα τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίζατε· ἀλλὰ, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοῦ, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατέρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. 46

Si quis episcopus, aut presbyter non tres unius initiationis aspersiones fecerit, sed unam quæ fiat in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate: sed, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & filij, & spiritus sancti.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑταῖραν λάβοι, ἢ παρὰ ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω. 50

Si quis laicus uxorem suam eijciens, concubinam sibi adiunxerit, aut ab alio repudiatam, communione pellatur.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου, οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ὑπολαθόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπεβαλλέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός. 53

Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut quisquis de cleri numero, non ob pietatis exercitationem, sed per detestationem, carnibus, uino, nuptijs abstinet, oblitus quòd omnia ualde bona, & quòd marem & fœminã creauit Deus hominem: sed execrans Dei creaturam calumniatur: aut se corrigat, aut deponatur, & ex ecclesia depellatur. Similiter & laicus.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, τὸν ὑπὸ στρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀπεβαλ 52

Si quis episcopus, aut presbyter à peccato reuertentem non recipit, sed reijcit, è sacerdotali

ministerio remoueatur: quia Christum offendit dicentem, gaudium erit in cælo super uno peccatore resipiscente.

λεται, καθαιρέιδω· ὅτι λυπεῖ χριστὸν, ὃν ἐπὶ τῷ χαρᾷ γίνεται ὧ ὀρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus in diebus festorum non cum alijs carnes & uinum sumpserit, execrans, & non ad religionis meditationem, deponatur, ut inustam cauterio gerens conscientiam, populoq; factus author offendiculi.

53 Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ὧ τοῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν ὁ μετὰ λαμβάνει κρέων καὶ οἶνος, βδελυσόμενος, ἐπὶ ὁ δ' ἄσκησιν, καθαιρέιδω, ὡς κεκαυσηριασμένον τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ ἄπιστον σκανδάλου πολλοῖς γινόμενον.

Si quis clericus in caupona comedens deprehensus fuerit, à communionis sodalitate secernatur: præter eum qui uiæ necessitate diuertit in hospitium.

54 Εἴ τις κληρικὸς ὧ καπηλείῳ φωραθείη ἐσθίων, ἀφορειζέδω· πάρεξ τοῦ ὧ πανδοχείῳ δι' ὁδὸν ἀναγκῶν καταλύοντος.

Si quis clericus affecerit episcopum conuicio, deponatur. Nam, Principem populi tui maledicti non incesses.

55 Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει τὸν ἐπίσκοπον, καθαιρέιδω. ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου, οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

proprio Dei, sed perspicuitatis causa, (Deum enim illum summũ in uulgus efferre homini possibile non est,) uti uoluit: adiecto tamen magni cognomine, ut cælestem à terrestri distingueret, ingenitum à genito: qui non modò Cælo Terráque, sed ipsis etiam Cretensibus (infantẽ ipsum, ne à patre occideretur, suffuratis) posterior est. Sed quid opus est, coram uobis, qui omne genus literarum scrutati estis, uel poëtarum carmina, uel aliorum sententias examinare? Hoc (summatim) à me dictum, sat fuerit: quòd si non etiam poëtæ & philosophi Deum unum agnouissent, de reliquis uerò [qui uulgò dij habentur] tanquam uel dæmonibus, uel materia duntaxat, uel hominibus olim claris, sensissent: meritò nos, qui Deum & materiam & utriusq; essentiam discernimus, reijceremur. Quippe ut deum asserimus, & Filium ipsius Verbum, & Spiritum sanctũ: (*tria quidem secundum potentiam, Patrem, Filium & Spiritum: actu uerò & essentia unum. Filius enim, Patris mẽs, uerbum & sapientia est: & [ab eodem] Spiritus, ut lumen ab igne, profluit:) sic & alias quasdã potestates esse cognoscimus, quæ uel circa materiã uel intra eam uersantur: * unam Deo inseruientem, alteram uerò ei aduersantem. Non quòd ulla uis cum Deo pugnare queat, ut amicitiæ lis aduersatur, secundum Empedoclem, & nox diei: ficut sensibus nostris apparet: (nam etiamsi quid Deo se opponeret, mox abderetur, ui et potentia Dei dissipatũ:) sed quoniã Dei bonitati, quæ ei adiuncta copulataq; est ita ut corpori color, (hic enim sine illo non est, non ueluti pars ipsius, sed tanquam res necessariò consequens, unita illi ue lutíque concorporata: ut igni color fuluus, ætheri cæruleus, (spiritus materiæ adhærens aduersatur: qui tamen & ipse à Deo creatus est, ut reliqui angeli, & materiæ eiúsque formis administrandis præfectus. Idcirco enim angelos Deus creauit, ut rebus à se digestis prouideret. quamuis enim ipse uniuersali sua & cõmuni prouidentia uniuersis prospiciat: particularem tamen rerum singularum, quæ cuique fuerint commissæ, angelis imposuit. Cæterùm ut hominibus arbitrij libertas circa uirtutes et uitia data est, [neque enim uos uel honore bonos, uel pœna malos afficeretis, ni si sponte consultóque alteri boni, alteri mali essent:) & alij bona fide res sibi creditas procurant, alij improbi perfidiq; deprehenduntur: sic etiã circa angelos res se habet. alij enim ultro tales manserũt quales à Deo facti erãt, & in munere suo fideles se præbuertũt: alij & res sibi concreditas proteruè contumelioseq; tractarunt, & præter omne officij sui ac dignitatis decorũ se gesserunt: hic inquam materiæ eiusq; formarũ constitutus princeps, et alij ex illis qui circa primũ mundi firmamentũ erãt.

Neque uerò hîc comminiſcimur quicquam, ſed ea quę tradiderũt Prophetæ, exponimus. Itaque à ſtatu ſuo defecerunt, alij quidem amoribus capti uirginum, & libidine carnis accenſi: ipſe uerò princeps, tum negligentia, tum improbitate circa procurationem ſibi cõcreditam. Ex amatoribus igitur uirginum, gigantes, ut uocant, nati ſunt. (quorũ ſi poëtæ etiam aliqua ex parte hiſtoriam prodiderũt, non eſt quòd miremini: quum diuina & cæleſtis ſapientia tantùm à terreſtri: & humana abſit, quantùm abipſa ueritate ueriſimilitudo. nam ſecundum principem materiæ,

Nouimus effari mendacia plurima, ueri
Quæ ſpeciem referant.)

Hi igitur angeli qui quum cælis excidiſſent, circa aërem & terram obuerſantes, non amplius euehi ſupra cęlos potuerũt: nec nõ animæ gigantũ, dæmones illi ſunt qui circa mundum oberrant: & motus, hæ quidem conſtitutioni quam à parentibus] acceperunt: illi uerò priſtinę libidini ſuę conuenientes edũt. Cæterùm princeps ille materiæ, ut ipſe rerum euentus probat. Dei bonitati ſua procuratione ſe opponit.

Sæpe mihi ſubiuit cura
Animum, dubitaui anxiè,
Deus an fortuna regat
Hominum inconſtantem uitam.
In qua & inopinatò ſæpius
Et iniquè miſeri ſunt quidam.
In familijs etiam claris
Aliqui, quod nemo ſperaſſet,
Abſque Deo fortunati.

Perplexum ſe his carminibus fatetur Euripides, nec ſcire cuinam rerum terreſtrium huiuſq; mortalis uitæ gubernatio ſit adſcribenda, in qua boni plerunq; miſerè, mali uerò fœliciter degant: & in qua aliquis dixerit,

Hæc nos uidentes, quomodo uel legibus
Vtemur, eſſe uel deos fatebimur?

Hinc & Ariſtoteles commotus, ea quæ infra cælum ſunt, nulla prouidentia regi putauit. At qui æterna Dei uniuerſalis prouidentia undiquaque ex æquo ſe nobis extendit.

Coacta tellus, ſeu uelit, ſeu non uelit,
Producit herbas, & pecus paſcit meum.

Ea uerò quæ ad ſingulos pertinet, non pro hominum opinione, ſed ueritatis ui, ut quiſque meretur, procedit, & res etiam cæteras ſecundum communem earum conſtitutionis legem gubernat. Quoniam autem commotiones illæ & operationes dæmonicæ, quæ à contrario ſpiritu proficiſcuntur, inordinatos iſtos impetus excitant: atque inſuper homines, alium aliter, tum ſingulos, tum integras gentes, particulatim & publicè, pro ratione materiæ & erga Deum affectionis, intus foríſque mouent: eam ob cauſam aliqui, quorum non parua authoritas eſt, non certo ordine hanc uniuerſitatem eſſe conſtitutam, ſed temere fortuitóque agi ferríque omnia cenſuerunt. Neſciebant enim illi, nihil

ἴσε δὲ μηδὲν ἡμᾶς ἀμαρτυρον λέγειν, ἃ δὲ οἱ προφήται ἐκπεφώνηκε, μηνύειν. ἐκεῖνοι μὲν, εἰς ἐπιθυμίαν πεσόντες παρθένων, καὶ ἥδονης σαρκὸς ἐυρεθέντες· τοῦτος δὲ, ἀμελήσας, καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπισθυμένων γενόμενος διοίκησιν. ἐκ μὲν οὖν τῶν περὶ τὰς παρθένους ἐχόντων, οἱ καλούμενοι ἐγεννήθησαν γίγαντες· εἰ δέ τις ἐκ μέρους εἴρηται περὶ τῶν γιγάντων καὶ ποιητῶν λόγου, μὴ θαυμάσητε, τῆς κοσμικῆς σοφίας, ὅσον ἀληθείᾳ πεπαυσθαι διαφέρει, διαλλατούσης, καὶ τὰ μὲν, οὐσης ἐπουρανίου· τῆς δὲ, ἐπιγείου· καὶ κατὰ μὲν ἀρχοντα τῆς ὕλης, ἴσως ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. οὐ μὲν τοίνυν οἱ ἄγγελοι οἱ ἐκπεσόντες τῶν οὐρανῶν, περὶ μὲν αἴρα ἔχοντες καὶ τὴν γῆν, οὐκέτι εἰς τὰ ὑπερουράνια ὑπερκύψαι δυνάμενοι. καὶ αἱ τῶν γιγάντων ψυχαὶ, οἱ περὶ μὲν κόσμον εἰσὶ πλανώμενοι δαίμονες, ὁμοίας κινήσεις οἱ μὲν ἕτις ἔλαβον συστάσεσιν οἱ δαίμονες, οἱ δὲ ἕτις ἔσχον ἐπιθυμίαις οἱ ἄγγελοι, ποιούμενοι. ὁ δὲ τῆς ὕλης ἀρχων, ὡς ἔσιν ἐξ αὐτῶν τῶν γινομένων ἰδεῖν, ἐναντία καὶ ἀγαθῷ τοῦ θεοῦ ἐπιτροπεύει καὶ διοικεῖ, πολλάκι μοι περαπίδιον δύναθε φροντίς, ἔτε τύχα ἔτε δαίμων τὰ βιότια κραίνει. παρὰ τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων δυγατίσαντας ἀτὰρ θεοῦ, τοὺς δὲ δύτυχοῦντας ἄγαν ἐκ παρ' ἐλπίδα. καὶ δίκλιν δυ πράττειν ἢ κακῶς, ἐν ἀφασίᾳ περ εὐεπιπλάνητοι. ἔνος ἁ διαύτη τ πρηγέων διοίκησις, ἐν ἢ εἴποι τις καὶ, πῶς οὖν τὰ δ' ἐσορῶντες, ἢ θεῶν γένος εἶναι λέγωμεν ἢ νόμοισι χρώμεθα; ἔτε γὰρ Αριστοτέλης ἀπρονόητα ἐᾶσειν τὰ κατωτέρω τοῦ οὐρανοῦ ἐποίησε. καί περ ἢ ἀΐδιον ἐπίσης ἡμῖν μένουσης προνοίας τοῦ θεοῦ, ἡ γῆ δὲ ἀνάγκη κἂν θέλῃ, καὶ μὴ θέλῃ, φύουσαν ὅσα τὰμὰ πταίνει βοτά. τῆς δ' ἐπὶ μέρους πρὸς ἀλήθειαν οὐ πρὸς δόξαν χορούσης ἐπὶ τοὺς ἀξίους, καὶ τῶν λοιπῶν κατὰ μὲν κοινὸν συστάσεως νόμον λόγου προνουμένων. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοὐναντίου πνεύματος δαιμονικὰς κινήσεις καὶ ἐνεργείας τὰς ἀπάκτους ταύτας ὠλιφορὰς παρέχουσιν· ἤδη τὴν τὰς ἀνθρώπους ἄλλον ἄλλως τὴν καθ' ἕνα ἕκ τε ἔθνη, μερικῶς τὴν καὶ κοινὰς κατὰ τὸ τῆς ὕλης λόγον καὶ πρὸς τὰ θεῖα συμπαθείας, ἐν δόθῃ καὶ ἐξωθῇ κινῆσαι· δόξα τοῦ τινες, ὧν δόξαι ὀλίγαι καὶ μικραὶ, γνώμισαν, ἐ τάξει τινὶ τὰ πάντα τὸ συνεστάναι, ἀλλ' ἀλόγως τύχῃ ἀτάκτως καὶ φερομένως. οὐκ εἰδότες,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ὅτι τῶν μὲν πρὸς τὴν τοῦ παντὸς κόσμου σύστασιν, οὐδὲν ἄτακτον οὐδὲ παρημελημένον, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν γεγονὸς λόγῳ· διὸ οὐ δεῖ τὴν ὡρισμένην ὑπ' αὐτοῖς παραβαίνουσι τάξιν· ὁ δὲ ἄνθρωπος, κατὰ μὲν τὴν πεποιημένα καὶ αὐτὸς δι' ἄκτου ἔχει, καὶ τῇ κατὰ τὴν γένεσιν φύσει, ἕνα καὶ κοινὸν ἐπέχουσι λόγον, καὶ τῇ κατὰ τὴν πλάσιν διαθέσει, οὐ παραβαίνουσι τὴν ἐπ' αὐτῇ νόμον, τὴν δὲ τοῦ βίου τέλει, ἴσῳ τῷ κοινῷ μένοντι. κατὰ δὲ τὸν ἴδιον ἑαυτῷ λόγον καὶ τὴν τοῦ ἐπέχοντος ἄρχοντος, τὴν τῶν παρακολουθούντων δαιμόνων ἐνέργειαν, ἄλλος ἄλλως φέρεται καὶ κινεῖται· κοινὸν πάντες γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔχοντες λογισμόν. οἱ μὲν περὶ τὰ εἴδωλα αὐτὸς ἕλκοντες, οἱ δαίμονές εἰσιν οἱ πολέμιοι, οἱ προσεληλύθοτες τῷ ἀπὸ τῶν ἱερέων αἵματι, καὶ ταῦτα περιλιχμώμενοι. οἱ δὲ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκοντες θεοί, καὶ ταῖς κόσμου ἐπονομαζόμενοι, ὡς 33
ἔστιν ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸς ἱστορίας εἰδῆναι, ἄνθρωποι γεγόνασιν. καὶ τοὺς μὲν δαίμονας οὐκ ἔστιν τοὺς ὠμοβατεύοντας τοῖς ὀνόμασι, πίστις ἡ ἐκάστου αὐτῶν ἐνέργεια. οἱ μὲν ἀρτέμωσι τὰ αἰδοῖα, οἱ περὶ τὴν Ρέαν. οἱ δὲ ἐγκόπτουσιν ἢ ἐντέμνουσιν, οἱ περὶ τὴν Ἄρτεμιν. καὶ ἡ μὲν ταύροις, φονεύει τοὺς ξένους. ἐσθίει τοὺς ταῖς μαχαίραις καὶ τοῖς ἀγραύλοις αἰκιζομένους αὐτοὺς λέγειν, καὶ ὅσα εἴδη δαιμόνων. ὁ γὰρ θεοῦ κινεῖν οὐ τὰ παρὰ φύσιν.

Ὅταν δ' ὁ δαίμων αὐθρὶ πορσύνῃ κακά,
Τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον. --

ὁ δὲ θεὸς, ἐλεέως ἀγαθὸς ὤν, ἀεὶ δίκαιος ἀγαθοποιὸς ἔστιν. ἔοικεν οὖν μὴ εἶναι τοὺς ἐνεργοῦντας, ἐφ' ἑτέρῳ δὲ αἰτιᾶσθαι τὰς εἰκόνας, ἐκεῖνο μέντοι γε μισήσειεν, πρὸς καὶ πάσειεν· ἢ μὴ, Νηρυλλίνου εἰκόνας ἔχει. ὃς ἀνὴρ ἦν καθ' ἡμᾶς· ὁ δὲ πάσειεν, Ἀλεξάνδρου καὶ Πρωτέως. τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τοῖς ἄρμασι καὶ ὁ τάφος καὶ ἡ εἰκών· οἱ μὲν οὖν ἄλλοι αὐθριάντες τοῦ Νηρυλλίνου, κόσμημά ἐστι δημόσιον (εἴπερ καὶ τοῦτο κοσμεῖ πόλις) εἰς ὃ αὐτῷ καὶ χρηματίζειν καὶ ἰᾶσθαι νοσοῦντας νομίζεται· καὶ θύουσί τε δ' αὐτὰ, καὶ χρυσῷ περιαλείφουσι καὶ στεφανοῦσι πρὸ αὐθριάντα οἱ πρωαδλεῖς. ὁ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ ὁ τοῦ Πρωτέως (τοῦτον δ' οὐκ ἀγνοεῖτε ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν ὀλυμπίαν) ὁμοίως καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν· ὧν δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου (δι' ὑπαρι, εἰδωλοποιεῖσε, γραμμαικῆς) δημοτελεῖς ἄγονται θυσίαι καὶ ἑορταὶ, ὡς ἐπικώῳ θεῷ, πότερον οὖν ὁ Νηρυλλίνος καὶ ὁ Πρωτεὺς καὶ ὁ Ἀλέξανδρος εἰσὶν οἱ ταῦτα ἐνεργοῦντες περὶ τὰ ἀγάλματα, ἢ τῆς ὕλης ἡ σύστασις;

nihil eorum quæ ad totius mundi constitutionem spectant, uel inordinatum: uel neglectum esse: sed singula quæq; certa ratione facta. quamobrem præscriptum sibi ordinẽ nihil est quod transgrediatur. Homo etiam ordinem à creatore sibi decretum seruat, tum in generationis suę natura, quæ una communiq; ratione in omnibus perficitur: tum formationis & mẽbraturæ modo, qui ueluti lege quadã intra suos fines cohibetur: tum termino uitæ, qui æqualis communisq; omnes manet. Quanquã uerò etiam ratiocinãdi uis eadem & cõmunis omnium sit, unusquisq; tamẽ, put partim suo ingenio inclinat, partim à principe [materiã] obtinente & assectis eius malis genijs afficitur, alius aliter fertur motuq;. Et hi quidem qui ad idola eos pertrahũt, genij sunt illi de quibus diximus: qui sanguine uictimarum gaudent, easq; lambũt. Dij uerò illi qui uulgo hominum placent, & sua statuis nomina communicant, aut ab eis accipiunt, homines fuerunt, ut ex ipsorum historijs constat. Quòd autẽ dæmones sint qui hominum illorum aut deorũ [ut uulgus credit] nomina sibi assumunt, ex actionibus singulorum comprobari potest. Alij enim ut pudenda excidantut, authores sunt, qui coniuncti sunt Rheæ: alij ipsa hominũ corpora uulnerant aut incidunt, qui Dianæ adhærent. Taurica quidẽ etiam hospites iugulat. Vt nihil dicam de [hominibus] illis qui cultris & flagellis nodatis seipsos discrutiant: nihil etiam de diuersis dæmonum generibus. Deus certè ad ea quæ præter naturam sunt, neminẽ mouet.

At dæmon homini quum struit aliquod malum,
Peruertit illi primitus mentem suam.

Deus uerò quum absolutè bonus sit, perpetuò beneficus est.

Porrò quòd alij sint qui agunt, alij uerò quorum in honorem collocãtur statuæ: illustria nobis argumenta Troas & Parium fuerint. habet enim illa imagines Neryllini, uiri qui nostro seculo claruit: Parium uerò, Alexandri & Protei. Alexãdri quidem etiãnum in foro & sepulchrũ & simulacrũ est. Porro Neryllini cæterę quidẽ statuæ, ornatus sunt publicus (nãhis quoq; ciuitas ornatur) una exillis tum consulentibus respondere, tum medicari creditur. Quamobrẽ & sacra ei faciunt, & auro illinunt, & coronent statuam Troadenses. Protei uerò (quẽ non ignoratis in ignem se iecisse circa Olympiã) statuta similiter responsa dare perhibetur. Alexandri uerò statuæ

(O Paris infœlix, quanquam formose, libido
Te facit insanum)

Sacrificia publicè & festa peragũt, tanquam propitio & exaudienti deo. Anne igitur Nerillinus, & Proteus & Alexander ea quæ circa statuas fiunt, efficiunt, an materiæ natura?

At qui materia, res est: quod quidnam posset per se? quũ in aliam quanuis figuram cóflari queat, ut peluis ac Amasidem illo apud Herodotũ? Cæterùm Nerylinus & Proteus & Alexander, quidnã opis laborantibus adferrent? Nam quæ hoc tempore statua Neryllini efficere dicitur uiuente ipso & ægrotante facit. Quid igitur dicendum? Primùm sanè irrationales animæ & phantastici circa opiniones motus, aliàs idola (spectra aut simulacra) partim à materia trahunt, partim ipsimet sibi confingunt & pariunt. Et hoc tunc maximè in animam cadit, quum spiritum materialem in se admisit, eiq; unione quadã permista est. quod fit quum non ad cælestia & eorũ conditorem, sed deorsum ad terrestria respiciẽs, tota in terram declinat, nihil iam quàm sanguis & caro, non amplius spiritus syncerus. Isti irrationales inquam & phantasmatũ (hoc est inaniũ uisorum) pleni animæ motus, imaginationes procreant, quarũ insana in idolorum amorem ruit cupiditas. Quũ uerò mollicula & flexibilis anima, rudis & expers sanæ doctrinę, quę nec ueritatẽ est contẽplata, neque patrẽ & opificem uniuersorum cogitatione complexa, falsis ipsa de se opinionibus fuerit imbuta: dæmones illi materiæ dediti, nidoris & sanguinis uictimarũ auidi, & hominum impostores, per falsos illos & uanos in uulgi ac imperitorũ animis motus (ceu instrumenta quædã) imaginationes quasdam, tanquam ab idolis & simulachris, quorũ ipsi nomina usurpant: profectas, eis infundunt. Et quum suapte ui ac ratione anima, utpote immortalis, plerunq; moueatur & agat in homine, ita ut futura prædicat, & rerum præsentiũ statum dirigat aut emendet, huius sapientiæ laudem dæmones sibi lucrantur. Sed de nominibus etiam deorum aut dæmonum ut aliquid adferamus, quæ antehac exposita sunt, postulare uidẽtur. Herodotus itaq;, & Alexander Philippi filius in epistola ad matrem (qui utriq; in diuersis ciuitatibus Aegypti, Heliopoli, Memphi & Thebis, in colloquium cum sacerdotibus ueniisse dicuntur) homines eos fuisse, ex illis cognouisse se aiũt. Sic enim scribit Herodotus, Eos itaque quorum imagines erant, (pontificum, in grandi quodam cœnaculo,) demonstrabant tales omnes extitisse, (uultu & forma corporis, habitúque in uita,) sed multum à dijs distantes. priores tamen his uiris fuisse deos in Aegypto principes, unà cum hominibus habitantes: & eorum semper unum extitisse dominatorem, & postremum illic regnasse Orum Osiridis filium, quem Græci Apollinem nominant. Hunc, postquam extinxit Typhonem, regnasse in Aegypto postremum. Osiris Græca lingua est Dionysus (id est Liber.) Ergo tum alij tum ultimus rex Aegypti, homines fuerunt: ab illis uerò ad

ἀλλ' ἡ μὲν ὕλη, χαλκὸς ἔστω· τί δ' ἂν καὶ χαλκὸς δύναιτο καθ' αὑτόν; ὃν μετὰ ποιήσωμεν πάλιν εἰς ἕτερον σχῆμα ἐξέσιν, ὡς τὴν πελονιπῆρα ὁ πρὸς τοῦ Ἡροδότου Ἄμασις. ὁ δὲ Νερυλλῖνος καὶ ὁ πρωτεὺς καὶ ὁ Ἀλέξανδρος τί πλέον τοῖς νοσοῦσιν; ἢ γὰρ εἰκὼν λέγεται νῦν ἐνεργεῖν, ἐνεργεῖ καὶ ζῶντος καὶ νοσοῦντος Νερυλλίνου. τί οὖν ποιῶσι μὲν αἱ τῆς ψυχῆς ἄλογοι καὶ ἐνδιαλματώδεις πρὸς τὰς δόξας κινήσεις, ἄλλοτε ἄλλα εἴδωλα, τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ὕλης ἕλκουσι, τὰ δὲ αὐταῖς ἀναπλάττουσι καὶ κτῶνται. πάσχει δὲ τοῦτο ψυχὴ μάλιστα τοῦ ὑλικοῦ προσλαβοῦσα καὶ ὑδατουγρανθεῖσα σώματος· οὐ πρὸς τὰ οὐράνια καὶ πρὸ τούτων ποιητοῦ, ἀλλὰ κάτω πρὸς τὰ ἐπίγεια βλέπουσα καθολικῶς εἰς γῆν, ὡς μόνον αἷμα καὶ σάρξ, οὐκέτι σῶμα ἀλλὰ θαρὸν γινομένη. αἱ οὖν ἄλογοι αὗται καὶ ἐνδιαλματώδεις τῆς ψυχῆς κινήσεις, εἰδώλοις ἀεὶ πίπτουσι φαντασίας· ὅταν δὲ ἀπαλὴ καὶ ὑδατώδης ψυχὴ, αὐθαίρετος μὴ καὶ ἄπειρος λόγων ἐρῴη, ἀθεώρητος δὲ τοῦ ἀληθοῦς, ἀπρόνοητος δὲ τοῦ πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων, γλαφυροσφραγίσηται ψευδέσι πρὸς αὐτῆς δόξαις ὑπὸ τοῦτο ὕλῃ δαίμονες λίχνοι πρὸς τὰς κνίσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες, ἀπατηλοὶ δὲ ἀνθρώπων, προσλαβόντες τὰς ψευδοδόξους ταύτας τῶν πολλῶν τῆς ψυχῆς κινήσεις, φαντασίας αὐτοῖς, ὡς ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ ἀγαλμάτων, ἐνδιβατεύοντες αὐτῶν τοῖς νοήμασιν, εἰσρεῖν παρέχουσι. καὶ ὅσα καθ' αὑτὰ, ὡς ἀθανάτου ὄντα, λογικῶς κινεῖται ψυχὴ, ἢ προμαιούσας τὰ μέλλοντα, ἢ θεραπεύουσα τὰ γνησκόπτα, τούτων τῶν δόξαν καρπουῦται οἱ δαίμονες. ἀναγκαῖον δ' ἴσως, κατὰ τὰ προειρημένα, περὶ τῶν ὀνομάτων ὀλίγα εἰπεῖν. Ἡρόδοτος μὲν οὖν καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Φιλίππου, ὧν τῇ πρὸς τὴν μητέρα ἐπιστολῇ, (ἑκάτεροι γὰρ ἐν τῇ Ἡλιουπόλει τῇ μεμφει βύβλους, εἰς λόγους τοῖς ἱερεῦσιν ἀφῖχθαι λέγοντα) φασὶ παρ' ἐκείνων, ἀνθρώπους αὐτοὺς γεγενῆσθαι, μαθεῖν. Ἡρόδοτος μὲν οὖν ἦλθεν ὧν τὰ εἰκόνια ἦσαν, ποιητοὺς ἀπεδείκνυσαν σφίας αὐτοὺς ἐόντας, θεῶν ἓν πολὺ ἀπηλλαγμένους. ἦν δὲ πρότερον τὰ ἀνθρώπων τούτων, θεὸς ἐν τοῖς ἀνθρώποισι· καὶ τούτων ἀεὶ ἕνα τὰ κρατέοντα εἶναι. ὕστερον δὲ αὖτε βασιλεῦσαι ὥρην τὸν Ὀσίριος παῖδα τὸν, Ἀπόλλωνα ἕλληνες ὀνομάζουσι. τοῦτον μὲν παύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ὕστατον αἰγύπτου. Ὀσιρις δὲ ὁ Διόνυσος κατὰ ἑλλάδα γλῶσσαν. οἵ τε οὖν ἄλλοι, καὶ τελευταῖος, βασιλεὺς αἰγύπτου. παρὰ δὲ τούτων, εἰς

Græcos

ἑλλὰς ἦλθε τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν. Ἀπόλλωνα δὲ Διονύσου καὶ Ἴσιδος, ὡς ὁμοίως Ἡρόδοτος λέγει. Ἀπόλλωνα γὰρ καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιδος λέγουσιν εἶναι παῖδας. Λητὼ δὲ, τροφὸς αὐτοῖς σωτηρίαν γεγενῆσθαι. οὓς ἀρχαίους γεγονότας, πρώτους βασιλέας ἔσχον. τῶν μὲν, ἀγνοίᾳ τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας, τῶν δὲ χάριτι τῆς αὐτῶν θεοὺς ὁμοῦ τιμᾶς γυναιξὶν αὐτῶν ἀπονεμόντων. τοὺς μὲν νῦν καθαροὺς εἶναι τοὺς ἄρσενας καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες αἱρύπητοι θύουσι. τὰς δὲ θηλείας ἱερᾶσθαι οὐκ ἔξεστι θύειν, ἀλλὰ ἱεραί εἰσι τῆς Ἴσιδος. τὸ δὲ ταῦρον μὲν γυναικεῖον, βόκερων ἐστίν. καθάπερ οἱ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι. τίνες δ' ἂν μᾶλλον τούτοις πιστεύσειαν λέγουσιν, ἢ οἱ τὴν ἱστορίαν παρὰ πατρὸς, ὡς τὴν ἱερωσύνην, καὶ τὴν ἐπιστήμην διαδεχόμενοι. ἀεὶ γὰρ τοὺς σεμνοποιοῦντας ἥκιστα τὰ ἑαυτῶν, εἰκὸς ἀνθρώπους αὐτοὺς ψεύδεσθαι. εἴ τι μὴ οὖν Ἡρόδοτος ἔλεγε, πρὸς τοὺς θεοὺς, ὡς πρὸς ἀνθρώπους, ἰσορρεπὲς ἀληθείας, καὶ λέγουσι τῷ Ἡροδότῳ, τὰ μὲν νῦν θεῖα τῶν ἀφηγημάτων, οἷα ἤκουον, ἐκείνοις πρόθυμος διηγεῖσθαι, ἐξ ὧν τὰ ὀνόματα αὐτῶν μοῦνα ἐλάχιστα· μὴ πιστεύειν ὡς μυθοποιῶν ἐστι. ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρος, καὶ Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος ὠνόμασε, σωτῆρα τὸν ἀΐδιον αὐτοῖς γένος, καὶ ἄλλοι μυθοὶ (ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον καταλέγωμι) ὃν λόγος ἐπιλαταλείπει, βασιλεῖς ὄντας αὐτοὺς μὴ νενομίσθαι θεούς, ἢ ὅτι μὲν ἀνθρώποι, ἅπαντες ἴσασι καὶ αἱρύπητον ἡ λογιώτατοι, οἱ θεοὺς λέγοντες, ἀιθέρα, γῆν, ἥλιον, σελήνην, τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους θνητοὺς νομίζουσι, καὶ ἱερὰ τοὺς τάφους αὐτῶν· δῆλοι δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν. Ἡρόδοτος δὲ καὶ τὰ μαθήματα αὐτῶν φησὶ μυστήρια. ἐν δὲ Βουσίρει πόλει, ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσιδι ἑορτὴν, ἔργα πρόσφορά μοι. τύπτονται γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίαν πάντες καὶ πᾶσαι, μυριάδες πάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων. τὴν δὲ τύπτονται τρόπον, οὐ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν. εἰ θεοί, καὶ ἀθάνατοι. εἰ δὲ τύπτονται, καὶ τὰ πάθη ἐστὶν αὐτῶν μυστήρια, ἀνθρωποι· ὡς αὐτὸς Ἡρόδοτος, εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ, τοῦ ὄντος ὅσιον ποιοῦμαι ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ἐξαγορεύειν τὸ οὔνομα. ἐν σάι, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθεν τοῦ νηοῦ πάντες τοῦ τῆς Ἀθηναίης ἐχόμενοι τοίχου. λίμνη δ' ἐστὶν ἐχομένη λιθίνη, κρηπῖδι κεκοσμημένη ἐν κύκλῳ, μεγεθος ὡς ἐμοὶ δοκέει, ὅσην περ ἐν Δήλῳ ἡ τροχοειδὴς καλεομένη. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δεινὰ τῶν παθέων αὐτὸ νυκτὸς καλέουσι μυστήρια αὐτοί.

Græcos translata sunt nomina deorum. Apollo Dionysi & Isidis filius fuit: ut idem Herodotus ait, Apollinem & Dianam aiũt Dionysi & Isidis filios esse: Latonam uerò, nutricem horum ac liberatricem. quos cælesti origine natos, primos habuerunt reges: & partim ignorantia ueræ erga Deum pietatis, partim quòd imperio eorum adularentur, unà cum uxoribus eorum, diuinis honoribus affecerunt. Boues mares eosdemque mundos (inquit Herodotus) ac uitulos uniuersi Aegiptij immolant, fœminas eis immolare non licet, utpote Isidi consecratas. Nam Isidis simulachrum, muliebre est, bubulis præditum cornibus quemadmodum Io Græci describunt. Cuinam uerò fides his de rebus æquius adhiberetur, quàm qui à maioribus suis, secũdum generis successionem, filij subinde à parentibus, ut sacerdotij munus, ita historiam acceperũt? neq; enim ipsos ministros ædium sacrarũ, qui magnificare idola assolent, deos suos homines fuisse mẽtiri uelle [si res secus haberet] uerisimile est. Quòd si Herodotus solus diceret, Aegyptios tradere, illos qui pro dijs ducuntur, olim homines fuisse: forsan ei hæc prodenti, & huiusmodi (Atque ex ijs narrationibus, quæ ad rem diuinã pertinentia (ex sacerdotibus Aegyptijs) audiui, ea nõ libenter enuntiauerim, nisi ipsorum tantummodo nomina: æquũ existimans omnes homines idem sentire de his) tãquam fabulatori, fides habenda nõ esset. Nunc quoniam Alexander quoq; & Mercurius ille ter maximi cognomẽto, generis eorũ æternitatem consentientes inter se negant, & alij insuper innumeri (quid enim singulos recensere?) ne suspicandi quidem locus relinquitur, quin reges quum essent, diuini cultus eis decreti sint. Hoc & doctissimi quiq; Aegyptiorum testantur: qui deorũ nomine cælũ, terrã, solem & lunã comprehendunt: reliquos uerò homines, mortales existimãt, & tẽpla, ipsorũ sepulchra. Idẽ in libro de dijs Apollodorus docet. Herodotus etiã passiones eorũ, mysteria nominat. In Busiri urbe (inquit) quòd diẽ festum Isidi agant, superius à me dictũ est. Verberantur enim post sacrificium cũcti, multa 36
sanè hominũ milia, uiri & mulieres quomodo autem (aliàs, quo autem) uerberentur, non est mihi fas dicere. Si dij sunt, immortales sunt: sin uerberantur, & passiones eorum, mysteria sunt, homines fuerint. Rursus enim Herodotus, Sunt etiam, inquit, sepulchra (cuius nomen si nuncupauero hac in re, haud sanctè fecero) in urbe Sai in templo Mineruæ: post totum delubrum, eius parieti, contiguæ. Atque in fano stant ingentes obeli (id est uerua) lapidei: locúsque contiguus lapidea basi adornatus, & circunquaque probè elaboratus: magnitudine, ut mihi uidebatur, quanta in Delo lacus qui dicitur trochoides. In hoc simulachra habentur passionum eius, quæ, mysteria nocturna Aegiptij uocant.

Nó solùm autẽ simulachrum Osiridis [apud Aegyptios,] sed conditura quoque ostenditur. Et alibi, Certi quidam homines condiendis mortuorum corporibus constituti sunt. qui, quum ad ipsos cadauer portatum est, ostendunt ijs qui portauerunt exemplaria mortuorum lignea, pingendo assimilata. Et eorum unum accuratissimè fabrefactum esse aiunt: cuius ego nomen si nuncupauero, haud faciam sanctè. Quinetiã ex Græcis quidam eruditione circa poëtin & hystorias clari, dijs suis passiones quasdam animi absurdas tribuunt. ut Herculi Homerus,

Crudelis, quem non potuit reuerentia diuûm,
Non ius hospitij fidum, sacrataq; mensa,
Flectere, qui ipsum miserè demitteret orco.

Talis si fuit Hercules, mirum non est quòd insaniuit, quodq; rogo succenso seipsum cremauit. De Aesculapio autem Hesiodus,

Pater hominúmque deúmque
Fulmine Latoidẽ, sublimis ab æthere, diro
Iratus percussit.

Et Pindarus,

Vincitur & sapientia lucri spe.
Cessit & Asclepius auro
Præsenti, opifer uirum
Iam leto functum ut reuocaret.
Iratus at illos Saturnius
Atro fulminè traiecit.
Vnde uijs spirandi clausis
Ambo interierunt statim.

Atqui tales si dij fuerunt, quis credat ita pecuniæ & auri cupidine captos, ut homines solent?

O quàm beari se putat ab auro genus
Mortalium: non ut magis uel liberi
Parentibus, uel gaudeant hi liberis.

Nulla enim re indiget numen, & omnẽ concupiscẽtiam superat, Sed neq; mortem obire potuissent. Sin homines, improbi illi, pfectò, rudes, & nimium auari erant. Quid multa? An etiã Castor & Pollux & Amphiaraus me detinebunt? qui non ita dudum homines ex 38
hominibus nati, numina censentur? Quid quòd etiam Ino fœminam, post suum furorem, & quæ in illo perpessa est, deorum ordini ascisciunt?

Periclitantes in mari hanc cognomine
Diuam uocabunt Leucotheam.

Et de filio,

Nautæ inuocabunt opiferum Palæmonem.

Quòd si reprobi etiam & Deo inuisi homines, in deorum numerum relati sunt: & Dercetûs filia Semiramis, libidinosa & sanguinaria mulier, Syriæ deæ nomine culta est: & propter eandem Dercetûm, columbas & Semiramin honorant Syri (in columbam enim mutata est mulier, ut nugatur Ctesias:) quid mirum si imperio & tyrannide florentes aliqui, à subditis deorũ nomine nuncupati sint? Consentit nobis Sibylla, cuius & plato meminit,

Extitit

καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσείριδος δείκνυται, ἀλλὰ καὶ ταρίχεια. ἐπειδάν τισι κόμιδῆ νεκρὸς, δεικνύασι τοῖσι κομίζουσι παραδείγματα τῶν νεκρῶν ξύλινα τῇ γραφῇ μεμιμημένα. καὶ τὼ μὲν ἀπουδαιοτάτω αὐτέων φασὶν εἶναι τοῦ οὐκ ὅσιον ποιοῦμαι οὔνομα ἐπὶ τοιούτῳ πράγματι ὀνομάζειν. ἀλλὰ τῷ ἑλλήνων τις πρὸς ποίησιν εἰσορέων σοφὸν, ἢ ἥρωα Ἡρακλέος, ἢ Σχέτλιος ὃν θεῶν ὅτιν ἠθέλησε· οὐδὲ πρώτιστον, τὸν οἱ πρὸ ἔθηκεν ἔπεσι τὰ δὲ τίφνα καὶ αὐτῶν Ἰθυπρ. διοῦτος ὤν, εἰ τὸ μὲν ἐμαίνετο εἰ τὸ δὲ, αὐάψας πυρὰ, κατέκαυσεν αὐτόν. περὶ δὲ Ἀσκληπιοῦ Ἡσίοδος μὲν, πατρὸς ἀνδρῶν θ' ὅστ' ἐχώσατ' ἀπ' ὀυλύμπου δὲ βαλῶν φολόεντι κεραυνῷ, ἔκτανε Λυκόφρονα, θέλε σὺν θυμῷ θείνων. Πίνδαρος δὲ, ἀλλὰ κέρδεϊ καὶ σοφίᾳ δέδεκται, ἔτρατε κἀκεῖνον ἀγανοέμισθῳ χρυσὸς γ' χερσὶ φανείς. χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων βίψας δ' ἀμφοῖν, ἀμπνοὰν εἴρυσε καθεῖλεν ὠκέως, αἶθων δὲ κεραυ- νὸς φθίσκωσε μόρον. ἤδη δίνων θεοὶ ἦσαν, καὶ οὔτε αὖθι πῶς χρυσὸν εἶχον·

(Ὦ χρυσὲ, ἀξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
Ὡς οὔτε μήτηρ ἥδονὰς τοιὰς δ' ἔχει,
Οὐ παῖδες. --)

ἀνεπιδεὲς γὰρ ἦν κρεῖττον ὑθυμίας τὸ θεῖον· οὔτε ἀπέθνησκον. ἢ ἄνθρωποι γεγονότες, ἦν πονηροὶ δι' ἀμαθίαν ἦσαν, καὶ χρημάτων ἐλάσσες. τί με πολλὰ λέγειν, ἢ Κάστορ ἢ Πολυδεύκης μνημονεύοντα, ἢ Ἀμφιάρεω, οἳ, ὡς εἰπεῖν λόγῳ, χθὲς ἦν πρώην ἄνθρωποι ἐξ ἀνθρώπων γεγονότες, θεοὶ νομίζονται· ὁπότε καὶ Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν καὶ τὰ ὧν δι μανίας πάθη, θεὸν προξένουσι γεγονέναι; Πόντου πλαύστης Λευκοθέαν ἐπώνυμον. καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς, Σεμνὸς παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται. εἰ γὰρ καὶ ὡς ἀποπλυσοι καὶ θεοσυγεῖς, πρόξεν ἔχον εἶναι θεοί, καὶ ἡ θυγάτηρ τῆς Δερκετοῦς Σεμίραμις, λάγνος γυνὴ καὶ μιαιφόνος, ἐπρόξε συρίᾳ θεός· καὶ δὴ τὴν Δερκετὼ, καὶ τὰς περιστερὰς καὶ τὴν Σεμίραμιν σέβουσι σύροι (τὸν γὰρ ἀνθρωπον, εἰς περιστερὰν μετέβαλον ἡ γυνή· ὁ μῦθος παρὰ Κτησίᾳ·) τί θαυμαστὸν τοὺς μὲν ὑπὸ ἀρχῇ καὶ τυραννίδι, ὑπὸ τῶν κατ' αὐτοὺς πληθύειν θεούς; Σιβύλλα, (μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ πλάτων)

δὴ τότε δὴ δεκάτῃ γένεῃ μερόπων ἀνθρώπων,
ἐξ οὗ δὴ κατακλυσμὸς ἐπὶ πρότερος γένετ' ἄν-
δρας,
καὶ βασιλεὺς Κρόνος, καὶ Τιτὰν, Ἰαπετός τε,
γαίης τέκνα φέριστα, κὴ οὐρανὸς ἐκάλεσαν
ἀνθρωποὶ, γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν ἄνομα θγήτοι,
οὕνεκα οἱ πρώτιστοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.
τοὺς δ' ἐπ' ἐχύτ, ὡς Ἡρακλέα κὴ Περσέα· τοὺς δ' ἐ-
πὶ τέχνῃ, ὡς Ἀσκληπόν. οἷς μὲν οὖν ἢ αὐτοὶ οἱ ἀρ-
χόμενοι τιμὴς μετεδίδοσαν, ἢ αὐτοὶ οἱ ἄρχοντοι,
οἱ μὲν φόβῳ, οἱ δὲ αἰδοῖ, μετεῖχον τοῦ ὀνόματος.
κὴ Ἀντίνοος, Φιλανθρωπίᾳ τῶν ὑμετέρων προγό-
νων, πρὸς ὑπηκόους ἔτυχε νομίζεσθαι θεός. οἱ δὲ μεῖ-
ὑτὸς, ἀβασανίστως πρεσβεύω.
κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι· κὴ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' ὁ θάνες. --
πεσβύων Καλλίμαχε τοῖς γονεῦς τ' Διὸς, ἀπιστεῖς
αὐτῷ δὲ τάφῳ, κὴ νομίζων ὡσκιάσειν τἀληθες,
ὃς οὐκ ἀγνοοῦσι κυρίοτερος πεθνηκότα; κἄμ μὲν
ἐν ἄντρῳ βλέπως, ἐν Ῥέας ἀναμιμνήσκει τόκων·
αὐ δὲ τὸ σορὸν ἰδὼν, ὑφισταῖς τῷ τεθνηκότι, ἐκ
ἀδὼς ὅτι μόνος ἀίδιος ὁ γεννήτης θεός. ἢ γὰρ ἄ-
πιστοι οἱ κατὰ τῶν πολλῶν κὴ ποιητῶν λεγόμενα μῦ
θοι περὶ τῶν θεῶν, κὴ πόρρωθεν ἢ περὶ αὐτοὺς ὄντες
βασεβεῖς, ἀ γὰρ εἰσιν ὧν ψευδεῖς οἱ λόγοι. ἢ εἰ ἀληθεῖς
ἀγενέσεις, οἱ ἐρῶντοι, αἱ μιαιφονίαι, αἱ κλοπαὶ,
αἱ κοιμαὶ, οἱ κεραυνοὶ, ἐκεῖ εἰσι, παυσάμενοι εἶν.
ἐπὶ καὶ ἐνόμιζοντο, οὐκ ὄντοι. τίς γὰρ τοῖς μὲν πι-
στεύει, λόγῳ, τοῖς δὲ ἀπιστεῖ, ὧν ἐ σεμνότερον
περὶ αὐτῶν τῶν ποιητῶν ἰσορρεκότως; ὁ γὰρ αὖ δι' οὓς
νομίσθησαν θεοὶ, σεμνοποιήσαντες τὸν βίον κατ' αὐ-
τοὺς ἰσορίαν, οὗτοι τὰ πάθη τὰ αὐτῶν ἐψύσαν-
το. ὡς μὲν οὖν οὐκ ἐσμὲν ἄθεοι, θεὸν ἄγοντοι
ἐν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, καὶ ἐν παρ' αὐ-
τοῦ λόγον· κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν, εἰ καὶ μὴ
πρὸς ἀξίαν, ἐλήλεγκται. ἔτι δὲ, καὶ προφὰς καὶ
μίξεις λογοποιοῦσιν ἀθέους καθ' ἡμῶν, ἵνα τε μι-
σεῖν νομίζοιεν μετὰ λόγου, καὶ οἰόμενοι τῷ δεδίτ-
πεσθαι, ἢ τῆς γνώσεως ἀπέχειν ἡμᾶς τοῦ βίου, ἢ
μικροὺς καὶ ἀπαραιτήτους, τῇ τῶν αἰτίων ὑ-
περβολῇ, τοὺς ἄρχοντας παρασκευάσειν πρὸς
ἐλάττας παίζοντοι, ὅτι αὐθαδῶς ἔθεν, καὶ
οὐχὶφ' ἡμῶν μόνον, κατά τινα θεῖον νόμον καὶ λό-
γον παρηκολούθηκε, πρὸς τὸν πολεμεῖν τὴν κακίαν
τῇ ἀρετῇ. οὕτω καὶ Πυθαγόρας μὲν ἅμα τρια-
κοσίοις ἑτέροις κατεφλέχθη πυρί, Ἡρακλειτος δὲ

Extitit in terris decimum mortalibus æ-
uum,
Postquam diluuijs homines perire prio-
res:
Porrò saturnus, & Titan, Iapetusq;
Regnarunt: Cælo quos & Tellure creatos
Dixerunt homines, Terræ Cælique uocâtes
Nomine: quòd cunctos homines uirtute
præirent.

Alij uerò propter sui corporis robur dijs ad-
numerati sunt, ut Hercules & Perseus. Alij ob
præstãtiam artis, ut Aesculapius. Itaq; factum
est ut alios ipsi subditi ultro [& assentatione]
uenerarẽtur: alij uerò à subditis, uel metu af-
fectis, uel uirtutis ipsorum reuerentia inuita-
tis, cultum diuinum obtinerent. Antinoo
quoque, maiorum uestrorum facilitate, con-
tigit ut à subditis Dei loco haberetur: cuius
etiam posteri cultum, nulla amplius inquisi-
tione habita, admiserunt.

Mendaces semper Cretes sunt: atque se-
pulchrum
Creta tuũ ostendit defuncti Iuppiter: at tu
Immortalis eras, es, erisq; per omnia secla.

Tu uerò Callimache genitum quum credas
Iouem, nó admittis sepulchrum? imò quum
ueritatem ita te putes obumbraturum, igno
rantibus, etiam ut mortuum esse non dubiè
suspicentur, authores. Tu quum uides antrũ,
Rheæ partum animo recolis: loculum uerò
cernens, mortem eius obfuscas. nescis nimirũ
solum æternum esse Deum, qui & ingenitus
est. Certè aut fide dignę non sunt quas de dijs
uulgus hominum & poëtæ celebrãt fabulas,
& superfluus omnis illorum cultus est: (neq;
enim usquam extant illi de quibus inanes fe-
runtur fabulæ:) aut si uerè prædicãtur eorum
generationes, amores, cædes, furta, castratio-
nes, fulmina, non amplius sunt, & iampridem
esse desierunt: ita ut antequam nascerentur
etiam, non erant. Quæ enim ratio hæc per-
suadebit, ut gigni quidem credamus, interire
non item? Atqui credibile non est, poëtas, à
quibus & dij esse crediti sunt, & historia eo-
rũ splendidè celebrata est, passiones & mor-
tes eorum ementiẽdo, gloriæ ipsorum detra-
here uoluisse. Quantum igitur in me fuit,
etsi non pro dignitate rei, nequaquam nos esse, à Deo alienos qui uniuersitatis huius opi-
ficem, simúlque eius Verbum, ceu uerum Deum, ueneramur, demonstratum est. Illi uerò
etiam epulas detestandas & concubitus incestos fingere de nobis audent, partim ne teme-
re nobis infensi uideantur: partim quòd ita existimẽt uel nos metu perculsos à nostra pro-
fessione abduci: uel principũ animos, propter flagitiorũ magnitudinẽ, aduersus nos concita-
ri & exasperari posse. Nos uerò illudi nos intelligimus, & non cõtra nos tantùm, sed om-
nibus retrò seculis, morẽ hunc fuisse scimus diuina quadã lege & ratione, ut contrariã sibi
uirtutem improbitas impugnaret. Sic & Pythagoras cum trecentis alijs igne cõbustus est;

39

Democritus ab Ephesijs pulsus: Heraclitum Abderitæ, tanquam insanum, exilio, Socratem Athenienses morte affecerunt. Verùm ut illorum uirtus nihil est imminuta propter existimationem uulgi: sic nobis etiam temeritatis quorundã calumniæ sanctioris uitæ institutum non obscurant: neque per eas gloriæ nostræ corã Deo aliquid decedit. Respondebo tamen ad hæc etiam obiecta nobis facinora: etiamsi uobis, sapientissimi princeps, ex ijs etiam quæ hactenus dixi, satis ea esse dissoluta uideri possint. Neque enim dubitare uos puto, homines illos, quorum uita omnis ad Deum, ueluti normam ac regulam, dirigitur, ut inculpatum & irreprehensibilem unusquisq; ei se præbeat, ne cogitatione quidem uel minimum crimen ullum admissuros. Si enim solam hanc præsentem uitam nos uicturos crederemus, suspicioni foret locus, nos carni & sanguini indulgẽtes, aut auaritia aut concupiscẽtia captos, peccare. nos uerò omnibus (non modò factis, sed etiam) cogitationibus & sermonibus nostris, tum noctu tum interdiu, Deum adesse scimus: eumq; & totũ esse lumen, & quæ in cordibus nostris latent uidere, et hac mortali defunctos uita, alteram hac terrestri longè meliorem, nempe cælestẽ, uos uicturos, (ut apud Deum & cũ ipso, iam immutabiles & impassibili anima, non tanquam caro, etiãsi eam circunferamus, sed tanquam spiritus cælestis, maneamus) nó autem aliorum lapsus sequuti, deteriorem & in supplicijs ignis, persuasi sumus. Mon enim nos quoque Deus obiter tãquam pecora aut iumenta, neque ut periremus & aboleremur, creauit. Quod quum ita se habeat, spóte nos malos esse, & magno iudici tradere nos ipsos puniendos uelle, probabile non est. Illos quidem ea de nobis fingere, quæ de suis etiam dijs referũt: quorum (ut dixi) passiones (& libidines) mysteria nominant: mirum non est. Atqui si licentiosum & promiscuum coitum tantopere damnant, oportebat eos uel Iouẽ odisse, qui ex Rhea matre, & Core (Proserpina) filia liberos sustulit, & sorori suæ matrimonio iunctus est: uel Orpheum poëtã & fictorem huiusmodi scelerũ, qui ipso etiam Thyeste detestandum magis ac scelestum Iouẽ fecit. Nam Thyestes etiam oraculo monitus ut se suúmque regnum conseruaret, cum filia rem habuit. Nos certè tantùm à promiscua illa uenere absumus, ut ne intuitus quidem nobis lasciuior aut libidini couiunctus permittatur. Nam qui mulierem, inquit (magister noster) uel aspectu sibi desiderarit, adulterium iam corde suo designauit. Quomodo igitur non castos aut pudicos suspicetur aliquis illos, quibus in alium usum oculos suos uertere nefas est quàm à Deo conditi sunt, hoc est ut corpori luceant:

καὶ Δημόκριτον, ὁ μὲν, τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἠλαύνετο, ὁ δὲ τῆς Ἀβδηρειτῶν, ὧν κατηγορούμενον μεμηνέναι. καὶ Σωκράτους ἀθλιωτάτοις θάνατον κατέγνωσαν. ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι οὐδὲν χείρους εἰς ἀρετὴν λόγον, δι' ἃ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν. οὐδὲ ἡμῖν οὐδὲν ἀπιστεῖ πρὸς ὀρθότητα βίου ἡ παρά τινων ἄκριτον βλασφημία. οὐδοξούμεθα γὰρ πρὸς τῶν θεῶν. πλὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ἀπαντήσω τὰ ἐγκλήματα. ὑμεῖς μὲν οὖν οὐ δι' ὧν εἴρηκα δῆλοί εἰσιν ἀπολελογημένοι ἑαυτούς. σωφρονεῖν γὰρ πάντας ὑπερφρονοῦντες, οἷς ὁ βίος ὡς πρὸς τάθλιον τὸν θεοῦ κανονίζεται, ὅπως ἀνυπαίτιοι καὶ ἀνεπίληπτοι ἑκάστου ἡμῶν ἀνθρώπου αὐτοῖς γένοιτο, ἵστε τοὺς μηδ' εἰς γνῶσίν ποτε τοῦ βραχυτάτου ἐλθοῦσι ἁμαρτήματος. εἰ μὲν γὰρ ἐνταῦθα τὸν βίον βιώσεσθαι πεπείσμεθα, κἂν ὑποπτεύειν φίλοις, δουλεύοντας σαρκὶ καὶ αἵμασι, πρὸς κέρδους ἢ τιμῶν ἢ ἡδονῆς ἐλάττους γινομένους, ἁμαρτεῖν· ἐπεὶ δὲ ἐφέστηκέναι καὶ οἷς γινόμεθα, οἷς λαλοῦμεν, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν θεὸν οἴδαμεν, πάντα δὲ φῶς αὐτὸν ὄντα, καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν ὁρᾶν, πεπείσμεθα τοῦ ἐνταῦθα ἀπαλλαγέντας βίου βίον ἕτερον βιώσεσθαι ἀμείνονα ἢ κατὰ τὸν ἐνθάδε, καὶ ἐπουράνιον, οὐκ ἐπίγειον. ὡς αὖ μετὰ θεὸν, ἢ σὺν θεῷ ἀπλινεῖς τὴν ψυχήν. οὐχ ὡς ἀστέρας, λέγειν ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οὐρανίων πνεῦμα, μιμούμεθα· ἢ συγκατακεκλῖσθαι τοῖς λιτοῖς χείρονα, καὶ δι' ὕπνου. (οὐ γὰρ καὶ ἡμᾶς ὡς πρόβατα ἢ ὑποζύγια, πάρεργον, καὶ ἵνα ἀπολοίμεθα καὶ ἀφανισθείημεν, ἔπλασεν ὁ θεός) ὥστε τοῖς οὐκ εἰκὸς ὑμᾶς ἐθέλειν, δι' ἃ ἀνθρώπους μεγάλῳ παραδιδόναι κολασθησομένους δικαστῇ. τοὺς μὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲν λογοποιεῖν περὶ ἡμῶν ἃ περὶ τῶν σφετέρων λέγουσι θεῶν, καὶ τὰ πάθη αὐτῶν δεικνύουσι μυστήρια. χρὴ δ' αὐτοὺς, εἰ δεινὸν ἦν ἀδελφῶν καὶ ἀδιαφόρως μίγνυσθαι, κωλύειν ἔμελλον, ἢ γὰρ Δία μεμισηκέναι, ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας, θυγατρὸς δὲ Κόρης πεπαιδοποιημένον, γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ χρώμενον. ἢ γὰρ τούτων ποιητὴν Ὀρφέα, ὅστις καὶ ἀνόσιον ὑπὲρ τὸν Θυέστην καὶ μιαρὸν ἐποίησε τὸν Δία. καὶ γὰρ τοῦτος τῇ θυγατρὶ κατὰ χρησμὸν ἐμίγη, Βασιλεὺς ἐθέλων καὶ Θυέστης ἐκδικηθῆναι· ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέχομεν, ὡς μηδὲ ἰδεῖν ἡμῖν πρὸς ἐπιθυμίαν ἔξεναι. ὁ γὰρ βλέπων, φησὶ, γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη μεμοίχευκεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οἷς οὖν μηδὲν τὸ πλέον ἔξεσιν ὁρᾶν, ἢ ἐφ' ἃ ἐπλασεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ θεὸς, ἡμῖν φῶς αὐτοὺς εἶναι·

& quibus

ὠγοῖς τὸ ἰδιᾶν ἡδονὴν ὠσὶ, μοιχείας, ἐφ' ἑτέρᾳ τὸν ὀφθαλμὸν γυναικὸς, μέχρις ὧν οἴας λαμβανομένοις. πῶς οὖν τις ἀπεκθεῖν σωφρονεῖν; ὁ γὰρ θεὸς ἀνθρώπους νόμους ὁ λόγος ἡμῖν, ὃν ἂν τις γνώμῃ πονηρὸς ὢν λάθοι· ὁ δὲ ἀρχὴν ἡμῖν ἀνέσπασε θεὸς διδασκαλον εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς λόγον ὑπομένω. ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν νόμος δὲ δικαιοσύνῃ μέτρον ἐποίησεν αὐτὸς τὸ τὰς πέλας ἔχειν. διὰ τοῦτο καθ' ἡλικίαν, τοὺς μὲν ὡς θυγατέρας νομῶν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφάς· τῷ τοῖς προβεβηκόσι τῆς τῶν πατέρων καὶ 41
μητέρων ἡμῶν ἀξιοῦμεν. οὓς οὖν ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς τῷ τὰ λοιπὰ τοῦ γένους νόμων ὀνόματα, πεῖ πολλοῦ ἡμῖν αὐξήσεται τῷ διαφθορᾶς αὐτὰ τὰ σώματα μένειν. πάλιν ἡμῖν λέγοντος τοῦ λόγου. ἐάν τις διὰ τοῦτο ἐκ δευτέρου καταφιλήσῃ, ὅτι ἤρεσεν αὐτῷ, καὶ συμφέροντος, οὕτως ἂν ἀκριβώσαιτο τὸ φίλημα, μᾶλλον δὲ τὸ προσκύνημα διὰ· ὡς, εἴπου μικρὸν τῇ διανοίᾳ παρεβολωθείη, ἔξω ἡμᾶς τοῦ αἰωνίου πόθου ξωῆς. ἐλπίδα οὖν ζωῆς αἰωνίου ἔχοντες, τοῦ τοιούτου καὶ βίου καταφρονοῦμεν, μέχρι τῶν τῆς ψυχῆς ἡδέων. γυναῖκα δὴ ἕκαστος ἡμῶν, ὡς ἀγαγὼν τοῖς ὑφ' ἡμῶν τεθειμένοις νόμοις, νομίζων, τοῦ τέλους μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμπαυμα ποιεῖται, ὄνειρον ὑπαιθρον· καὶ ἡμῖν μέτρον ὑπὸ θυμίας, ἡ παιδοποιία. ἔνιοις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἀνδρας καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους, ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ θεῷ. εἰ δὲ τὸ γε παρθενίᾳ καὶ γε δύνουχίᾳ μένειν, μᾶλλον παρείκοσι τῷ θεῷ· τὸ δὲ μέχρις γνοίας καὶ ἀθυμίας ἐλθεῖν, ἀπάγει· ὧν τὰς γνοίας φεύγομεν, πολὺ πρότερον τὰ ἔργα παραιτούμεθα. οὐ γὰρ μελετῶ λόγων, ἀλλ' ἀδιαλείπτως διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα. ἤν οἷός τις ἔλεγχθῃ, μήν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. ὁ γε δεύτερος, δὺ πρεπὲς ὅτι μοιχείας ὃς γε οὐ ἀκριβῶς φησί, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἐὰν γαμήσῃ ἄλλον, μοιχᾶται. ὅτι ἀκριβῶν ἀδιαπτώτως ἡμᾶς ἐπαινεῖς τῆς πρὸς θεόν πίστεως, ὅτι οὐ γαμεῖν. ὁ γὰρ ἀκριβῶν ἑαυτὸν μᾶλλον πότερος γυναικὸς, καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ὅτι πρὸς καὶ καλύμμα μένος, πρὸς καίνων ἢ τῆς χεῖρα τοῦ θεοῦ, ὅτι γε ἀρχῆς ὁ θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα· λύων δὲ τῆς σάρκα πρὸς σάρκα καὶ τῶν ὕνωσιν πρὸς μίξιν τοῦ γένους κοινωνίαν. ἀλλ' οἱ προῦργι (ὧ τί αὖ ἕτοιμα τὰ ἀπόῤῥητα;) ἀκούομεν τὰ περὶ παρθενίας, ἡ πόρνη τῶν σώφρονα, οἱ γὰρ ἀγοραὶ σύξαντες πορνείας,

& quibus lasciuius intueri, adulterij instar est. quum in alios usus oculos sibi factos, & se cogitationum quoque suarum reos futuros intelligant? Non enim cum humanis legibus nobis res est, quas etiam improbus aliquis effugerit. A Deo quidem disciplinam nostram esse traditam, Domini, ab initio asserui. Summa apud nos lex est, quæ iustitiæ modum & exemplum in nobis ipsis requirit, à nobis ad proximum trãsfert. Quamobrem etiam pro ætatis discrimine, alios pro filijs & filiabus, alios pro fratribus & sororibus habemus: proiectiores ætate patrum & matrum loco honoramus. Illorum igitur quos tanquam fratres & sorores, aut alio cognationis nomine coniunctos nobis ducimus, inuiolata & integra manere corpora, maximi apud nos fit.

Rursus quum religio nostra nos doceat, (sicut uir quidã sanctus scripsit:) Si quis osculum suæ cupiditatis causa repetierit. Et mox, Summa igitur cautione communicãdum est osculum, ut nõ aliter quàm pia salutatio, uel potius adoratio quędam habeatur: quę si uel parum impura cogitatione inquinata fuerit, à uita æterna nos alienet. Ergo spe uitæ æternæ freti, præsentẽ hanc eiusq; delicias, & sensuum etiam animæq; (non puras) uoluptates contemnimus. Itaque uxorem quam secundum approbatas nobis lẽges, sibi quisq; duxerit, reputat, non in aliũ quàm in procreandæ sobolis finem. Quẽadmodum enim agricola, postquam semina terræ mandauit, messis tempus expectat, nec alia superinijcit: sic nobis etiam concupiscentiæ modus liberorum procreatione definitur. Inuenias autẽ multos ex nostris in utroque sexu, qui in cælibatu consenescant: quòd in hoc statu Deo coniunctiores se futuros sperent. Quòd si uirginum & illorum qui (ultro) eunuchi sunt, uita, Deo magis conciliat: concupiscentia uerò & impurior cogitatio (quanuis nõ erumpẽs) abducit: certè illa quæ cogitare non sustinemus, multo prius magisq; ne ipso perpetremus facinore, cauebimus. Non enim in meditatione sermonis, & structura uerborum, sed
42 in rebus opere declarandis, tanquam doctri-

na uiua, professio nostra posita est. quare uel ut natus est unusquisque nostrum manet, uel nuptijs copulatur unicis. secundæ enim, decorum quoddam adulterium sunt. Qui enim uxorem suam dimiserit, & duxerit alteram, adulteratur, inquit (Dominus noster:) neque illam dimittere concedens cuius delibata est pudicitia, neque alteram ducere. Nam qui prima uxore, licet defuncta, seipsum priuat, adulter est, quanquam dissimulanter: & manum Dei transgreditur. quoniam à principio Deus uirum unum & mulierem unam creauit: & carnem à carne, & unionem miscendi utriusque sexus separat. Cæterùm tales quum simus, (quid dico tacenda) non desunt qui hæc crimina nobis obijciant, & ut proverbio dicitur, Meretrix pudicam, nam qui libidinis mercenariæ ceu forum statuunt,

& di-

& diuersoria nefanda omnis obscenæ uoluptatis adolescētibus proponunt, & ne maribus quidē abstinent: masculi cū masculis scelus perpetrātes: corpora quæq; speciosa multis uiolātes modis: in pulchritudinē à Deo factam cōtumelios. neq; enim pulchritudo ullius in terra rei per se exorit, sed manu & uoluntate Dei immititur. Illi inquā facinorū de quibus ipsi sibi cōscij sunt, quæq; in suos etiā deos referūt, decq; ipsis eadem tanquā præclara prędicant, nos accusant. Itaque adulteri & puerorū corruptores, in eunuchos & semel nuptos nos inuehuntur: quū ipsi pisciū instar uiuāt. Nam & pisces obuiū quenq; deuorāt, & qui inter eos ualidior fuerit, imbecilliorē persequitur. Hoc nēpe est [quod nobis obijcitur ab illis] carnibus humanis uesci, quum prēter leges, quas uos et maiores uestri rebus omnibus iustissimè perpēsis, sanciuistis, innocentiū fama uiolatur, tāta quidē calūniatorū frequētia, ut Procōsules & præfecti à uobis in diuersas prouincias missi, causis audiēdis non sufficiāt: traducitur inquā fama illorum, quibus, quū uerberātur, nō licet non præbere seipsos, & quū maledicūtur, nō benedicere nō licet. Neq; enim illis iustis esse satis est (quum talionem, & par pari referri iustitia postulet) sed bonitatē & patientiā insuper sibi proponunt. Quis igitur nō amēs, in hoc uiuēdi instituto, nos homicidas appellet? non enim carnes gustare hominū licet, antequā cæsus aliquis fuerit. quēadmodum autē primū ab eis falsò dicitur: ita secundū quoq; mendacium est. Iā si quis ab eis rogitet an uiderint ipsi quę dicūt, nullus tū adeò impudēter mendax est, ut se uidisse fateatur. Atqui & seruos aliqui nostrum possident, alij plures, alij pauciores: quos ea quæ facimus latere nō possunt. uerū ne ex illis quidē ullo aduersum nos tale quicquā mētitus est. Quomodo enim quisquā uel homicidij uel humanarū carniū epulationis insimularet illos, quos ne iustè quidē occidēdi hominis supplicīū intueri uelle aut posse cognouerit? Quis nō spectacula illa, in quibus gladiatores & belluas populo, prefertim uos 43
Imperatores exhibetis, maximi facit? Nosue
rò non ita multum, siue spectator sit aliquis, siue author cædis, interesse iudicantes, alieno ab his spectaculis animo sumus. Quomodo igitur qui ne ab alijs quidē fieri, ne quidinde sceleris & piaculi in nos redundet, uidere sustinemus, homicidium committemus ipsi? Et qui mulieres medicamētis abortiuis utētes, homines occidere, & rationē reddituras Deo dicimus: qua ratione [iam natos & perfectos] homines nos iugulabimus? Non enim eiusdē est, fœtum in utero, animal esse, ideoq; curam eius à Deo sucipi existimare: & postquam in lucem editus est, interficere. ut neque, non exponere infantem, tanquam omnes qui exponunt parricidę [aut si ita dicere licet, infanticidæ] sint: iam uerò educatum occidere. Atqui per omnia nobis constamus, & cōsentanea rationi ubique facimus: à qua leges accipimus,

non

ἐκ ἀρχῆς ἐστιν αὐτῷ. τίς ἂν οὖν ἀνάστασιν πεπιστευκὼς, ἐπὶ σώμασιν ἀναστησομένοις ἑαυτὸν παράσχοι τὰ φησὶ γὰρ αὐτῷ, καὶ ἀναστήσεσθαι ἡμᾶς πεπεῖσθαι τὰ σώματα, καὶ ἐδίξειν αὐτὰ ὡς ἐκ ἀναστησόμενα. καὶ ἀπιστίαν μὴ νομίζειν τῶν τῶν ἰδίων νεκρῶν, οὓς δὲ ὡς αὐτὸς ἐκατέθαψεν αὐτῷ, μή τε ἀπαίτησθαι. πονηρὸν μὲν οὖν εἰκὸς, τὸν μὴ μέτε λόγον ὑφέξειν ἢ γενέσθαι ἢ πονηρὸν ἢ χρηστὸν βίον, μή τε ἀνάστασιν εἶναι οἰομένους, σωματοῦσθαι δὲ ἅμα σώματι καὶ τῇ ψυχῇ καὶ ὁπόταν γένηται βούλησθαι λογιζομένης, μηδενὸς αὖ ἀποχέσθαι τολμήματος· τὸν μὲν ἀνεξέλεγκτον ἔσεσθαι παρὰ τῷ θεῷ, συγκολασθήσεσθαι δὲ ἅμα τῷ ἀναστησομένῳ σώματι ταῖς ἀλόγοις ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς καὶ ἀθυμίαις, πεπεισμένους, ἀθανάτου λόγου ἔχει οὐδὲν τῶν βραχυτάτων τι ἁμαρτεῖν· εἰ δὲ τῷ λόγῳ πολὺς δοκεῖ, ὁ σαπὼ καὶ διαλυθὼ, καὶ ἀφανισθὼ σῶμα συνῆναι πάλιν, κακίας μὲν ἐκ ἂν ἐκότως δόξαν ἀποφεροίμεθα παρὰ τοὺς οὐ πιστεύοντας, ἀλλ' ἀνθέας· οἷς γὰρ ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς λόγοις, ἀδικῶμεν εἰδόνα. ὅτι μὲντοι ὁ καθ' ἡμᾶς μόνον ἀναστήσεται τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν φιλοσόφων, πρόδηλον ὑπὸ τῶν παρόντων δεικνύειν, ἵνα μὴ βραχυωνίους τοῖς προκειμένοις ἐπεισάγειν δοκῶμεν λόγους· ἢ πρὸ νοητῶν καὶ ἀοράτων, καὶ τὰ τῶν συστάσεως λέγοντες· ἢ ὅτι πρεσβύτερα τὰ ἀσώματα τῶν σωμάτων, καὶ τὰ νοητὰ προάρχῃ τῶν αἰσθητῶν. κἂν πρώτοις πρὶ πίστωμεν τοῖς ἀοράτοις, συνισταμένων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων, καὶ τῇ ὑπὸ σώ- 44
σεσιν τῶν νοητῶν σωμάτων. ἐκ δὲ τῶν νοητῶν· ὁ γὰρ κωλύει, καὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Πλάτωνα, γινομένης καὶ διαλύσεως τῶν σωμάτων, εἰς ὧν τὴν ἀρχὴν συνέσιν, ἀπὸ τῶν αὖθις αὐτὰ καὶ πάλιν συνῆναι. ἀλλ' ἀνακείσθω μὲν πρὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος. ὑμᾶς δὲ ὦ πάντα γὲ πάσι φύσει καὶ πλείαις χρηστοὶ καὶ μέτριοι καὶ φιλάνθρωποι, καὶ τῆς βασιλείας ἄξιοι, διαλελυμένῳ μὴ τὰ ἐγκλήματα, ἀδικεῖσθαι δόξοτε ὄντι θεοσεβεῖς καὶ ἀδίκους καὶ τὰς ψυχὰς πεπλασμένοι, τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος ἀξίως ἐνεγκεῖν. τίνες γὰρ δικαιότεροι ὧν δέον ταῦτα ἐγκεῖν, ἢ οἵτινες πρὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας δυσχεραίνομεν, ἵνα παῖς μὲν πατρὸς καὶ δικαιότερον διαδέχηται τὴν βασιλείαν, αὔξηται δὲ καὶ ἐπίδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων εὐτυχούντων γινομένων, λαμβάνωμεν τοῦτο δ' ὃ καὶ ἡμεῖς ὑμῶν, ὅπως ἥσυχον βίον διάγοιμεν, αὐτοὶ τε πάντα τὰ κελευσμένα προθύμως ὑπηρετοῦμεν.

nó ipsi præscribimus. Quis obsecro futurã re surrectionẽ psuasus, corporibus resurrecturis seipsum prębeat sepulchrũ? Nó enim ad eos dẽ ptinet, & resurrectura corpora nostra nó dubitare, & ijsdẽ, ceu nó resurrecturis, uesci: & terrã quos acceperit mortuos redditurã, à se uerò quos intra se aliquis sepeliuerit, ne repetẽdos quidẽ existimare. Imò cótrà, lógè credibilius est, illos qui præsentis huius siue pbæ siue improbæ uitæ nunquam sibi rationẽ reddendam, nec ullam fore resurrectionẽ, sed animã cũ corpore simul interiturã, ueluti in eo extinguẽdã, putauerint, nullũ nó facinº aut furos: eos uerò qui in omnia & singula inquisitionẽ à Deo futurã, & corpus quod temerarijs animæ motibus libidinibusq; inseruiuit, cómunes ei pœnas luiturũ crediderint uel in minimis delinquere nequaquã consentaneũ est. Quòd si cui friuola & stolida hęc sententia uidẽ, putrefactũ, solutũ & planè abolitũ corpus, denuo coagmentatũ iri, nó improbitati tamen, qº nos credimus, ipse deridet, sed simplicitati nostræ imputari ab eo æquũ fuerit. Vt enim opinione hac nos ipsos decipiamus, cui per eam nocebimus? Resurrecturos quidẽ, mortuos, nó nostra tãtũ aut noua persuasio est, sed philosophis etiã multis approbata: quod in præsentia, si demonstrarẽ, extra orationis meæ propositũ euagari fortè uiderer. [*quãobrẽ paucissimis attingã.] Qui de rebus intellectilibus & sensilibus, earũq; cóstitutione aliqd prodiderũt [philosophi] corpora subtilissima & intellectu tantũ percipiẽda, priora antiquioraq; illis faciũt quæ sensu percipiũtur: etiãsi cognitioni nostræ sensilia primũ occurrãt [atq; ab illis discẽdi plerunq; initiũ fiat, ordine naturæ cõuerso:] hæc autẽ (sensilia inquã) ex primis et subtilissimis (quę, crassiorũ & sensiliũ cóparatione, incorporea dixeris) inuicẽ coagmẽtatis cóstitui aiũt. Ex principijs igitur & elemẽtis illis intellectilibus, unde ab initio cõcreta sunt corpora, ut & Pythagoras & Plato sentiunt, rursus postquã dissoluta fuerint, coalescere, & constitui denuo quidnã prohibet? Verũ hæc de resurrectione disceptatio differatur. Vos uerò ô undiquaq; in omnibus natura simul & disciplina boni, moderati, benigni & imperio digni Principes, mihi (obsecro) qui crimina nobis obiecta dissolui, & insuper nos esse pios erga Deum, uita & moribus honestos animo, sobrios ac tẽperantes ostendi, capitibus regis annuite. Ecqui enim cõsequentur æquius ea quę petũt, quã nos adeò uobis deuoti addictiq;? Nos enim pro imperio uestro preces ad Deum fundimus, & ut filius (quod iustissimũ est) in regno olim parenti succedat, utq; imperiũ uestrũ magis magisq; semper augeatur, denique omnia ex animi sentẽtia uobis eueniant, oramus. quod & nobis salutare fuerit, ut quietam tranquillamq; uitam degentes, uobis interim ad quælibet imperata promptè inseruiamus.

FINIS.

ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ΑΘΗ-
ΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΧΡΙ-
ΣΤΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ
ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ.

ATHENAGORAE ATHE-
NIENSIS PHILOSOPHI
CHRISTIANI, DE MORTVORVM
RESVRRECTIONE.

PETRO NANNIO INTERPRETE.



PER ANDREAM GESNERVM F.
M. D. LIX.

(Zürich)

REVERENDISSIMO D. ANTONIO A GRANVELLA, EPISCOPO Atrebatensi, Petrus Nannius S. P. D.

SERIVS quidem quàm uolebam, non tamen importunè tibi libellum de resurrectione mortuorum offero. Paschales enim feriæ, quibus Christus resurrexit, primitiæ dormientium, solennem habent de resurrectione tractatum: adeò ut quod fortuitò factum est, consilio procuratum uideri possit. Non iniquus igitur hac in parte sum meis istis perpetuis negotijs, quæ mihi hanc comperendinationem attulerunt: quanquam aliàs ea satis molestè ferre soleo. Non hîc me uendito de laboribus: id tantùm dico, ludum iocumq; esse cætera, præut est in philosophis uertendis operam sumere. Habent ipsi suam phrasin etiam in Græca lingua à cæteris scriptoribus diuersam, & à uulgo abhorrentem: tantum abest ut cũ Latino sermone conueniant. Hinc est quòd tam pauci philosophos transferunt, atque inter eos qui transtulerunt, pauciſsimi probẽtur. Nobis præter ista incommoda id quoque molestiæ fuit, quòd hic noster Athenagoras non in philosophicis rebus, sed in altissimis Christianitatis mysterijs philosophetur: ut qui eum aggrediatur, non minus cum peritissimo theologo, quàm prudentissimo philosopho negotium habeat: idq; in re grauissima, nimirum defunctorum corporum resurrectione, de qua cardo ac summa totius Christianę religionis pendet. Nobis porrò non nisi unicum exemplar fuit, à doctissimo quidem uiro descriptũ, sed tamẽ non paucis uitijs infectum: nec mirũ. non enim meliora mihi poterat tradere, quàm in archetypo inuenerat, quod unum superesse aiunt in uniuersa Europa. Vtinam qui nostra legent, Prius Græca inspiciant, ut ipsi suapte experientia cognoscant quàm difficile sit huius philosophi linguam intelligere, atque, ubi intellexerint, ita in Latinum idioma refundere, ut nec Græcitatis peregrinitas, nec philosophicæ spinositatis asperitas appareat: sed obuium quiddam habeat & attemperatum uulgi ingenijs. Nihil mihi tale arrogo, sed me id conatum fuisse non dissimulo. Hermolaus certè ea omnia ad amussim præstitit. hic enim philosophos aliquot cũ pauculis scholasticis in diatriba murmurantes in forum & in publicum protraxit, ac luci assuefecit. Cæterùm inter elucubrandum semper mihi laborem mitigauit recordatio tui, cogitanti id operis summo uiro desudari, cui non minus Ecclesiæ negotia, quàm Cæsarianarum rerum curæ incumbunt & fœliciter innituntur. Non sentit faber, aut, si sentit, sine animi ægritudine lassitudinem transmittit, quum corona principi suo excudenda eum in labore occupatum tenet. Nec Nannius eam fatigationem duram existimauit, quæ mæcenati suo impenderetur in libello uere aureo, & super omnium gemmarum pretia æstimando. Hic enim refutantur omnia quæ resurrectionem ambiguam faciunt: afferuntur ea quæ incredulis hominibus uelint nolint resurrectionis fidem infigant. Non enim hic Athenagoras noster ueriſimilibus agit, quæ pronitatem credendi, non necessitatem habeant: sed omnia demonstrationibus communit, omnia inexpugnabilibus rationibus instruit, ut nihil habeat ceruicosa Gentilitas quod opponere possit. Accipe igitur eruditissime & religiosissime præsul, eum libellum qui de basi ac fundamento totius Christianitatis fœliciſsimè disceptat, ac Nannium ut soles tua propitia beneuolentia foue. Louanij, 13. Calendas Maias, Anno 1541.

ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ΑΘΗ-
ΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ, ΧΡΙ-
ΣΤΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ.

ATHENAGORAE ATHE
NIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI, DE MORTVORVM RESVRRECTIONE.

ΠΑΝΤΙ δόγματι καὶ λόγῳ πρὸς τὰ τοιαῦτα ἀληθείας ἐχομένῳ πᾶς ἀφύεται τὶ ψεῦδος. πᾶς ἀφύεται δὲ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἀρχῆς καὶ φύσεως ὁρμώμενον καὶ πρὸς ἅπαντ' αὐτὸ ὅπερ ἔστιν ἕκαστον αἰτίας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐπιθέσεως τῶν ἀκουόντων καὶ διαφθορᾶς τῆς ἀληθείας ἐπιμηχανωμένων τοῦτο δὲ ὅτι εὑρεῖν, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν πάλαι ταῖς περὶ τούτων φρονήσεσιν ἐσχολακότων, καὶ τὰ ἐκείνων πρός τε τοὺς ἑαυτῶν πρεσβυτέρους καὶ τοὺς ὁμοχρόνους γεγονότας διαφορᾶς· ἐσχάτη γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν μέσως πρεφομένων περαιτέρω· οὐδὲν γὰρ τῆς ἀληθῶν οἱ διὰ πρὸ καταλιπόντες ἀσυκοφαντήτου, οὐ τῆς οὐσίαν τοῦ θεοῦ, οὐ τῆς γνῶσιν, οὐ τῆς ἐνεργειαν, οὐ τὰ τούτοις ἑφεξῆς καθ' ἕρμου ἐπιμένοντα λόγον. ἀλλ' οἱ μὴ πάντη γε καθάπαξ ἀγνοοῦντες τῆς περὶ τούτων ἀληθείαν· οἱ δὲ ἢ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς διαστρέφουσιν· οἱ δὲ μὴ περὶ τοῦ ἐμφανοῦς ἀπορεῖν ὡς ἂν ἐπιζητοῦσιν. οὐ θεμιτὸν οἶμαι δεῖν τοῖς περὶ τοιαῦτα πονηρεύοις λόγων δίκην, τὸ μὲν, ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τὸ δὲ, περὶτῆς ἀληθείας· καὶ τὸ μὴ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας, καὶ τοὺς ἀμφιβάλλοντας· τὸ δὲ περὶ τῆς ἀληθείας, πρὸς τοὺς δυνωμονοῦντας καὶ μεῖζον δυνοίας διεχομένους τῆς ἀληθείας. ὧν ἕνεκεν χρὴ τοὺς περὶ τούτων βουλομένους τάττειν ἐθέλοντας, τῆς ἑκάστοτε προκειμένης χρείας σκοπεῖν, καὶ ταύτῃ τοὺς λόγους μετρεῖν· τοῦ τε περὶ τούτων τάττειν μεθαρμόζειν πρὸς τὸ δέον, καὶ μὴ τῷ δοκεῖν τῆς αὐτῆς πάντως φυλάττειν ἀρχῆς, ἀμελεῖν τῶν προσήκοντος, καὶ περιβαλλόντας ἑκάστῳ χώρας. ὡς μὲν γὰρ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ τοῦ φυσικοῦ ἀνομοιότητα, πάντα πρωτεῖα ἔστιν οἱ περὶ αὐτῆς λόγοι τῶν ὑπὲρ αὐτῆς· ὡς δὲ πρὸς τὸ χρειωδέστερον, ἀνεστραμμένως οἱ ὑπὲρ αὐτῆς, τῶν περὶ αὐτοῦ ὅτε γε χωρὶς δύναται· ἀλλ' οὐ προσηκόντως ἐπιβαλλόντων τῇ γῇ τὰ σπέρματα, μὴ προεξελόντα τὰ ἀρείας ὕλης, καὶ ἐπιβαλλομένοις ἁμάρτοις σπέρμασι λυμαινόμενα· ὅτε ἰατρὸς γενέσθαι καὶ τὸ ὑγιῆ φαρμάκων τῷ δεομένῳ θεραπείας σώματι, μὴ τῆς ἐν αὐτῷ πρότερον καθάρας, ἢ τῆς ἐπιῤῥεούσης ἐπιχώρ-

OMNIBVS dogmatibus & rationibus quæ ab harum rerum ueritate pendent & fulciũtur, aliquid falsi adnascitur & cohęrescit. Adnascitur autem, non ex origine & naturali ductu rerum, aut ex causis substantiæ, sed ex studio eorum qui adulterinam sementẽ ad corrumpendam ueritatem in pretio & ueneratione habent. Id ita esse deprehendas ex ueterum lucubrationibus, qui huic curæ operam impenderunt, dum pariter & cum prioris & cum sui seculi hominibus dissidẽt: imprimis autem ex ea quæ inter ipsos opinionum tumultuatio est. Nullã enim istiusmodi homines ueritatem sine obtrectatione dimiserunt, non substantiam Dei, non cognitionem, non operationem, aut ea quæ istas res per seriem consequuntur: imò nec pietatis depictricem orationem. Nam aliqui eorum planè desperant de istarum rerum ueritate: alij pro libidine torquent: alij de manifestis dubitationem instituunt. Quamobrem puto eum qui de istis rebus disputaturus sit, duplici oratione opus habere, altera nimirum quæ pro ueritate, altera quæ de ueritate disceptet: priore oratione aduersus incredulos & dubitantes, secunda aduersus beneuolos & ueritatis studiosos utendũ existimo. Qua de causa oportet eos qui hisce de rebus quæstionem instituere uolunt, subinde inspicere quid res exigat, & eatenus uerba metiri, earumq; rerum ordinẽ necessitati adaptare: ut non dum prima quęq; pro serie priori loco cõstituas, decorũ uioles, & necessitatis & congruitatis respectum deseras. Vt enim ad demonstrationẽ & naturale consequiũ, priora sunt ea quæ de rebus, quàm quæ pro rebus disputantur: ita quãdo ad utilitatẽ referũtur, priore loco ponenda ea quæ pro rebus, quàm quæ de rebus disceptant. Neq; enim agricola aptè potest inspargere semen, nisi purgato agro à syluestri materia, eisq; quæ sementibus bonis noxã adferunt: neq; medicus infundere salutare pharmacũ ægroto corpori, nisi uitiosa prius expurgarit, aut affluentem purulẽtiam cohibuerit

neque qui ueritatem docet, de ueritate loquens, persuadere potest, dum adhuc in animis inhabitat falsa opinio, quæ ipsis ueri rationibus obsistit. Quãobrem & nos quoq; cura & respectu utilitatis, nónunquam prius pro ueritate quàm de ueritate sermonem instituimus. idquod impræsentiarum non inutile factu uidetur, dum quod necessitas exigat, ante oculos habemus, præcipuè in oratione quæ de resurrectione corporum disputatura est. Nam & hîc quoque quosdam uidemus planè incredulos, quosdam dubitabundos, alios quoque qui primas suppositiones & statumina quæstionis admittunt, æquè tamen cũ illis qui dubitabundi animo incerto & ambiguo fluctuare: deinde patiũtur istam animi fluctuationem sine ulla quam ex rebus ipsis deriuare possunt dubitandi occasione. Nullam enim causam allegare possunt saltem uerisimilem, cur aut dubitent, aut hæsitent. Id ita esse, hoc pacto consideres. Siquidẽ omnis credendi difficultas non temere ex futili nulliusq; iudicij opinione nascitur, sed ex ualida causa & uerisimilitudine plurimũ munita. Tum enim incredulitas rationem iustã habet, quũ ipsa res de qua non creditur, quid dam incredibile continet. Nã rebus quæ dubitandi causam non habent non credere, eorum hominũ est qui sano iudicio in discutienda ueritate minimè utuntur. Decet igitur qui resurrectionem non credunt, aut ambigunt, non ad id quod ipsis temere apparet, aut quod nepotibus & luxuriosis opinari gratum est, sententiam suam dirigere, sed in excutienda contemplandaq; huius dogmatis ueritate, aut nullam causam assignare hominũ creationi (quod facillimum refutatu est) aut omnia creata Deo authori imputare, atque inde edocere resurrectionem ipsam nulla ex parte fidẽ mereri. Atqui illud facient si ostendant Deo aut uoluntatem aut facultatem restituendi mortui dissolutíque corporis deesse, ut illud rursus consolidet & couniat, ad hominis ueteris formam instaurandam. Quod si illud probare nequeant, desistant ab ista impia incredulitate & blasphemationе nefaria. Verum quòd falsa dicturi sunt, siue Deum allegent non posse siue non uelle, ex sequentibus apparebit. Impotentia enim alicuius inde deprehẽditur, si aut ignoret quid faciendum sit, aut si norit, imbecillior sit uiribus quàm ut probè efficiat. Qui enim ignorat quid faciendum, is neque conari, neque perficere quicquam potest, earum duntaxat rerum quarum notitiam nullam habet. Qui autem cognoscit quid faciendum sit, & quomodo & unde id confici possit, uires autem aut omnino non habet, aut nõ sufficiẽtes habet ad rem exequendã quam probè intelligit.

ὅτε μὲν ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐθέλων διδάσκειν, περὶ τῆς ἀληθείας λέγων, πεῖσαι δύναται· ὧν ἕνα, τὴν δυσδοξίας ἐνοῦσαν τοῖς ἀκουόντων διανοίᾳ, καὶ τοῖς λόγοις ἀδυστάτους. διὸ πῶς χρὴ διέξοδον ἀφορῶντας ἡμᾶς ποιεῖσθαι ἐφ' ὅτε τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λόγους τῶν περὶ τῆς ἀληθείας. ἤδη γὰρ αὐτῶν δὲ τρόπον ποιῆσαι καὶ νῦν ὧδε τῶν τῆς ἀναστάσεως λόγων οὐκ ἀχρεῖον φαίνεται, σκοπουῦσι τὸ δέον. καὶ γὰρ ἐν τούτοις εὑρίσκομεν τοὺς μὲν ἀπιστοῦντας παντελῶς καὶ ἀμφιβάλλοντας, καὶ τῶν γε τὰς πρώτας ὑποθέσεις δεχομένους τινὰς, ἐπίσης τοῖς ἀμφιβάλλουσιν ἀχρεοῦντας· τὸ δὲ παντῶν πταλεγώτατον, ὅτι ταῦτα πάσχουσιν, οὐδ' ἂν τινα οὖν ἔχοντος ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπιστίας ἀφορμὴν, οὐδὲ αἰτίαν εὑρίσκοντος ἐπεῖν δύλογον, δι' ἣν ἀπιστοῦσιν ἢ διαπροῦσιν. σκοπῶ μὲν οὖν οὕτως. εἰ πᾶσα ἀπιστία μὴ πρόχειρος ἢ κατά τινα δόξαν ἀκαιρον ἐγκινομένη ὑπόνοιαν, ἀλλὰ μετά τινος αἰτίας ἰσχυρᾶς ἢ τῆς τὴν ἀλήθειαν ἀσφαλείας. τότε γὰρ ἂν εἰκότα σώζοι λόγον, ὅταν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα πρὸς ὃ ἀπιστοῦσιν, ἄπιστον ἔνν δοκῇ. τὸ γὰρ δι' ὃν οὐκ ὄντων ἀπίστων ἀπιστεῖν, ἀνθρώπων ἔργον οὐχ ὑγιαινόντων κρίσει πρὶ τὴν ἀλήθειαν χρωμένων· οὐκοῦν χρὴ μὴ τοὺς περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστοῦντας ἢ διαπροῦντας, μὴ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀκρίτως, μὴ τοῖς ἀκαλάστοις λεχθεισομένον, τὴν περὶ ταύτης ἐκφέρειν γνώμην· ἀλλ' ἢ μηδεμιᾶς αἰτίας ἀξιάπιστον τὴν τῶν ἀνθρώπων γνῶσιν (ὃ δὴ καὶ λίαν ὄδιν ἀνεξέλεγκτον) ἢ τῷ θεῷ τὴν ὄντων ἀναιτίους αἰτίαν, εἰς τὴν τοῦ δόγματος ἀκριβέστειν ἐπόθεσιν, μὴ διὰ ταύτης δεικνῦσα τὴν ἀνάστασιν ἀναμόθεν ἔχουσαν τὸ πιστόν. εἰ δὲ ποιήσουσιν ἐὰν λέξαι δυνατὸν ὄν, ἢ ἀδύνατον ὂν τῷ θεῷ ἢ ἀβούλητον, τὰ νεκρωθέντα τῶν σωμάτων, ἢ μὴ ταῦτα διαλυθέντα, πάλιν φῦσαι καὶ συναγαγεῖν πῶς τὴν τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων σύστασιν. ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δύωνται, παυσάσθωσαν τῆς ἀθέου ταύτης ἀπιστίας, καὶ τοῦ βλασφημεῖν ἃ μὴ θέμις. ὅτι γὰρ οὔτε τὸ ἀδύνατον λέγοντος ἀληθεύουσιν, οὔτε τὸ ἀβούλητον, ἐκ τῶν ῥηθησομένων δηλόν ἐστι φανερόν. τὸ ἀδύνατόν τινι γινώσκεται κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον, ἢ ἐκ τοῦ μὴ γινώσκειν τὸ γρηστόμενον, ἢ ἐκ τοῦ δύνασθαι ἀρκοῦσαν μὴ ἔχειν πῶς τὸ ποιῆσαι καλῶς τὸ ἐνεργούμενον. ὁ γὰρ ἀγνοῶν τὶ τῶν δεόντων, οὐκ ἂν ὅτ' ἐγχειρήσαι, ὅ γε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα δυνηθείη· ὁ δὲ ἀγνοεῖ, δῆλον ὅτι γινώσκων καλῶς τὸ ποιηθησόμενον, καὶ πόθεν χρὴ αὐτό, καὶ πῶς, δύναμιν δὲ ἢ μηδ' ὅλως ἔχων πῶς τὸ ποιῆσαι τὸ γινωσκόμενον. ἢ μὴ ἀρκοῦσαν ἔχων

ἐκ αὖ ἐγχειρήσει τῷ ἀρχῷ, εἰ σωφρονοίη, τῇ ἰδίᾳ ὥπισκευῇ? δύαμιν. ἐγχειρήσας δὲ ἀποδυσκεπῶς, ἐκ αὖ ὥπιτελέσθε τὸ δόξαν· ἀλλ' ὅτε ἀγνοεῖν τὸν θεὸν δυνατὸν τὰ ἀναστησομένων σωμάτων τῷ φύσιν καθ' ἅπερ μέρος ὅλον καὶ μόριον, ὅτε μὲν ὅποι χωρεῖ τῶν λυομένων ἕκαστον, καὶ ποῖόν τι συνέχει μέρος διέλεκται τὸ λυθέν, καὶ χωρῆσαν πρὸς τὸ συγγενές, διὰ παύτης τῆς αὐθρώπους ἀδιάκριτον ἐν δοκεῖ, τὸ δὴ παντὶ πάλιν πρόσφυδς ἀνωμολόν. οὐ γὰρ ὄυκ ἠγνόητο τὸ πρὸς τῆς οἰκείας ἑκάστου συστάσεως, ὅτε τὰ γλυκυσμένων στοιχείων ἡ φύσις, ἐξ ὧν τὰ τῶν αὐθρώπων σώματα, ὅτε τὰ μέρη τούτων ἐξ ὧν ἡ μέλλει λήψεσθαι τὸ δόξαν, πρὸς τὴν τῶν αὐθρωπείου σώματος σύστασιν. δύδηλον ὡς ὃ μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸ πᾶν, ἀγνοηθήσεται πῶ κεχώρηκεν ἕκαστον ὧν ἔλαφε πρὸς τὴν ἑκάστου συμπλήρωσιν. ὅσον μὴ γὰρ ἦν τῇ νῦν κρατήσαν τῆς ἡμῖν τὰ πραγμάτων τάξιν, ἢ τῇ ἑφ' ἑτέρων κρίσιν, μεῖζον τὸ τὰ μὴ γεγόμενα προγινώσκειν· ὅσον ἢ πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ θεοῦ, καὶ τῆτότε σοφίαν ἀμφότερα ἦν φύσιν· καὶ ῥᾴδιον ἐπίσης, τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν, τὸ καὶ διαλυθέντα γινώσκειν. καὶ μὴν καὶ τὴν δύαμιν, ὡς ἔσιν ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, δείκνυσιν ἡ τότων αὐτῶν γένεσις. εἰ γὰρ μὴ ὄντα ἦν τὴν πρώτην σύστασιν ἐποίησε τὰ τῶν αὐθρώπων σώματα, καὶ τὰς τότων ἀρχὰς· καὶ διαλυθέντα, καθ' ὃν αὖ τύχῃ τρόπον, ἀναστήσει μετὰ ταῦτ' αὖθις δύναμένας· ἐπίσης γὰρ αὖτοῖ καὶ τοῦτο δυνατόν. καὶ τοῖ λόγῳ βλάβος ἂν εἴη, κἂν ἐξ ὕλης ὑποθῶνταί τινες τὰς πρώτας ἀρχὰς· κἂν ἐκ τῶν στοιχείων, ὡς πρώτων, τὰ σώματα, τὰ τῶν αὐθρώπων. κἂν ἐκ σπέρματος. ἧς γὰρ ὅτι δυνάμεως καὶ τὴν παρὰ τῆς γενομισμένης ἄμορφον οὖσαν μορφῶσαι καὶ τὴν αὐείδεον καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι, καὶ τὰ μέρη τῶν στοιχείων εἰς ἓν συναγαγεῖν, καὶ τὸ σπέρμα ἓν ὂν καὶ ἁπλοῦν εἰς πολλὰ διελεῖν, καὶ τὸ ἀδιάρθρωτον ἀδιάρθρωσαι, καὶ τοῖ μὲν ζῶντι δοῦναι ζωλ, τῆς αὐτῆς ἐστι καὶ τὸ διαλελυμένον ἑνῶσαι, καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ τὸ τεθνηκὸς ζωοποιῆσαι πάλιν, καὶ τὸ φθαρτὸν μεταβαλεῖν ἀφθαρσίαν. τοῦ αὐτοῦ δὲ ἂν εἴη καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ σοφίας, καὶ τὸ διατεθρυμμένον πολλὴ ζῴων πάντα διαπῶν, ὁπόσα τοῖς πιστοῖς σώμασιν ὠδιτρέχειν εἴωθε, καὶ τὸν ἐκ τότων ἀγείρειν κόρον, διακρῖναι μὲν ἑκάθεν, γνῶσαι δὲ πάλιν τοῖς οἰκείοις μέρεσι καὶ μοίροις, κἂν εἰς ἓν δὴ ἐκείνων χωρήσῃ ζῶον, κἂν εἰς πολλὰ, κἂν ἐντεῦθεν εἰς ἕτερα, κἂν ἐκείνοις αὐτοῖς συνδιαλυθῇ ἐπὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς ἐνεχθῇ, κατὰ τὸν φυσικὸν εἰς ταύτας ἀνάλυσιν.

is si sapiat, suasq; facultates inspiciat, aut non tentabit, aut ubi incircunspecte tentauerit, fine operis destituetur. Atqui neque possibile est ut Deus ignoret uel ex parte uel ex particula naturam corporum resurrectioni destinatorum Neque enim latere potest quò singula ex tabidis membris abierint, & quę in se elementorum partes putrefacta receperint, & in cognatam naturam admiserint: tametsi omnino apud homines id quod rursum uniuersitati elementorum affusum est, insecernibile uideatur & indeprehensibile. Cui enim ante cuiusquā rei procreationem ignotanon erat futurorum elementorum natura, ex quibus corpora suum ortum traxerunt, neque partes elementorum incognitæ fuerunt ex quibus decepturus erat quod placeret ad humani corporis constitutionem: abundè manifestum est neque eum ignoraturum quò singula recedant quæ ad perfectionem operis assumpsit, ubi integritas illa dissipata fuerit. Quantum enim ad rerum nostrarum ordinem aliorumq; negotiorum dijudicationē, maius est, ea quæ nondum sunt præcognoscere: quantum autem ad Dei maiestatem eiusq; sapientiam, ambo ista, naturalia & ex æquo facilia sunt, & nondum nata præcognoscere & resoluta dignoscere. Atqui uires Dei sufficere ad corporum restitutionē indicat uel ipsorum procreatio. Si enim corpora, quum non essent, condidit, eorumq; principia unde originem trahunt, procreauit, etiam quomodocunque dissoluta, cum eadem facilitate instaurabit. id enim illi æquè possibile est. Neque inde hæc ratio labascet, siue ex materia originem rerum deducant, siue ex elementis, ut principijs omnium, corpora constituant, siue ex semine. Cuius enim est potestatis à sua conditione informem materiā transformare, nulláque figura indutam, multis & diuersis uultibus exornare, & partes elementorum in unum cogere; & semē quod unum est & simplex, in multa diuidere, & quod inarticulatum est, articulis distinguere, & uitam dare rei inanimatæ: eiusdem quoque potestatis est, & quod dissipatum est counire, & quod iacet surrigere, & quot mortuum, denuo uiuificare, & corruptibile mutare in incorruptibilitatem: eiusdem authoris fuerit, & eiusdem potestatis & sapiētiæ: id quod discerptum est à multitudine omnigenarum bestiarum, quotquot istiusmodi corpora inuadere solent, aut indefatietatem colligere, ab ipsis separare, rursúsque adiungere suis membris & partibus: siue illa antea in unam bestiam, siue in plures abscessere, siue inde in alias atque alias abiere, siue cum illis ipsis extabefacta ad initiales origines rediere, prout naturali putrefactione resolui solent.

Quod scilicet uiros eruditione admirabiles uisum est plurimum perturbare, qui uulgi hæ sitationes nescio quo pacto ualidas graues q; a bitrati sunt. Isti aiunt multa corpora miserorum in naufragijs & fluminibus piscibus escam de se præbuisse, multa item in bello oppetentium corpora, aut ex alia asperiori causa aliisque circunstantijs rerum, quum sepulturam non adepta sint, feris, ut quæque fuit obuia, in prædam cessisse. Corpora igitur ad eum modum absumpta, eorúmque membra & partes unde constabant, quũ à multis belluis dilaniata sint, ac proinde ex coalescendi natura, belluarum artubus cohæreant, impossibile esse aiunt ut secerniculum aut discriminationem patiantur. Præter hæc & illud secundum, quod adhuc implicatius est, in medium adferunt: in animalibus scilicet de pastu humanorum artuum nutritis, quum & ipsa uesca sint & idonea ad cibum, ac proinde in humanos uentres ingerantur, ac cum deuorantium corpore coalescant: necessarium omnino esse ut hominis membra, quæ prius istis animalibus in escam cessere, ad alia humana corpora transeant: quum animalia illa quæ hominum interea carnibus uicitata uerunt, acceptas ex eo nutrimento pulpas & thoros rursus in homines illos transmittant à quibus deuorantur. Deinde istis uerbis tragicè accumulant liberorum uel in fame uel in insania mactatos artus, rursusque per dolos & insidias inimicorum à parentibus deuoratos filios: simúlque & Medorum mensam, & tragicas Thyestæ epulas adijciunt & quæcunque uel apud Græcos, uel apud barbaros nouo & admirando modo patratæ sunt calamitates. Ex istis inducunt, ut sibi persuadent, impossibilem esse resurrectionem, quum fieri nequeat ut eadem membra cum alijs atq; alijs corporibus unà consurgant. Nam aut priora corpora constare nequire, quum eo transierint membra ubi complementum præbent: aut si prioribus possessoribus reddantur, sequentium corpora imperfecta fore. Istiusmodi homines uidentur mihi primùm conditoris & gubernatoris omnium non satis scire nec potentiam nec sapientiam, qui singulis animalium naturis & generibus cognatam & congruentem adaptat alimoniam, neque quamlibet naturam ad cuiuslibet corporis coagulationem & misturam transire constituit: neque rursus hæsitat in discriminandis rerum coalitarum partibus, ac singulis rebus secundum ipsarum naturam & agere & pati permittit ac nonnunquam prohibet, ac omne quod uult, & quò uult & traijcit, & aufert.

ὃ δ' ἂν καὶ μάλιστα παραθέμενοι ἐθαύμασέ τινας καὶ τῶν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων, ἰσχυρὰς οὐκ οἶδ' ὅπως ἠγωνισμένων τὰς παρὰ τῶν πολλῶν φερομένας διαπορήσεις. οὗτοι δέ γε φασὶν πολλὰ μὲν σώματα τῶν ναυαγίοις καὶ ποταμοῖς ὑσθέντων ἰχθύσι γεύεσθαι τροφὴν, πολλὰ δὲ τῶν πολέμοις θνησκόντων, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ τραχυτέραν αἰτίαν καὶ πραγμάτων πυθέσθαι, ταφῆς ἀμοιροῦντα, θηρὶ προσυγχαύουσι ζώοις προκεῖσθαι βορά. τῶν οὖν οὕτως ἀναλισκομένων σωμάτων, καὶ τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν καὶ μορίων, εἰς πολὺ πλῆθος ζώων διασπειρομένων, καὶ διὰ τροφῆς τῶν τρεφομένων σωμάσιν γινομένων. πρῶτον μὲν τὸ διακρίναι τοῦτων φασὶν ἀδύνατον, πρὸς δὲ τούτῳ καὶ διὰ τρόμον ἀπρεπέστερον. τῶν γὰρ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐκβοσκηθέντων ζώων, ὁποῖα πρὸς τροφὴν ἀνθρώποις ἐπιτήδεια, διὰ τὸ τούτων γαστρὸς ἰόντων, καὶ εἰς τῶν μετειληφότων σώμασιν γινομένων, ἀναγκαῖον εἶναι πᾶσαν, τὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων, ὁποῖα τροφὴ γίγνεται τοῖς μετειληφόσι ζώοις, πρὸς ἕτερα τῶν ἀνθρώπων μεταχωρεῖν σώματα, τῶν μεταξὺ τόπους τραφέντων ζώων, τὰ δὲ ἐξ ὧν ἐτράφησαν τροφὴν διαπορθμεύοντων ἐς ἐκείνους τοὺς ἀνθρώπους ὧν ἐγένετο τροφή. εἶτα τοῖς ἐπιτραγῳδοῦσι τὰς φιλτάτους καὶ μανίαις φλεγθείσας τεκνοφαγίας, καὶ τοὺς κατ' ἀβουλίαν ἐχθρῶν ὑπὸ τῶν γεννηθέντων ἐσθιεσμένους παῖδας, καὶ τὴν μηδικὴν τραπέζαν ἐκείνην, καὶ τὰ τραγικὰ Θυέστου δεῖπνα, καὶ τοιαύτας δείπνας ἀθέσμως ἑέρουσι παρ' ἕλλησι καὶ βαρβάροις καινουργηθείσας συμφορὰς· ἐκ τε τούτων κατασκευάζουσιν, ὡς νομίζουσιν, ἀδύνατον τὴν ἀνάστασιν, ὡς οὐ δυναμένων τῶν αὐτῶν μερῶν ἑτέροις συνανασταῖναι σώμασιν· ἀλλ' ἤτοι τὰ τῶν προτέρων συστῆναι μὴ δύνασθαι, μετειληλυθότων τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν πρὸς ἑτέρους, ἢ τούτων ἀπρόσθητον τοῖς προτέροις, φησὶν, ἔσεσθαι τὰ τῶν ὑστέρων. ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, πρῶτον μὲν τὸν τοῦ δημιουργήσαντος καὶ διοικοῦντος τόδε τὸ πᾶν ἀγνοεῖν δύναμίν τε καὶ σοφίαν, ἑκάστου ζώου φύσει καὶ γένει τὴν προσφυῆ καὶ καταλληλον συναρμόσαντος τροφὴν, καὶ μήτε πᾶσιν φύσιν πρὸς γνῶσιν ἢ κρᾶσιν παντὸς σώματος εἶναι δικαιώσαντος, μήτε πρὸς διακρισιν τῶν γνωθέντων ἀπόρως ἔχοντος, ἀλλὰ καὶ τῇ καθ' ἕκαστον φύσει τὰ γνωμογῶν, τὸ δρᾶν ἢ πάσχειν ἃ πέφυκεν, ἄλλοτε ποιοῦντος, ἄλλοτε δὲ κωλύοντος, ἢ πᾶν ὅ βούλεται, ἢ πρὸς ὃ βούλεται συγχωροῦντος, ἢ μεταστρέφοντος.

Præter

πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, μηδὲ τὴν ἑκάστου τῶν τρεφόντων ἢ τρεφομένων ἐπεσκέφθαι δύναμίν τε καὶ φύσιν. ἢ γὰρ ἂν ἔγνωσαν ὅτι μὴ πᾶν ὃ προσφέρεταί τις ὑπηνδόσει τῇ ἔξωθεν ἀναγκῆς, τοῦτο γίνεται τοῦ ζώου τροφὴ προσφυής· ἀλλὰ τὰ μὲν ἅμα τοῦ προσομιλῆσαι τοῖς περιπτυσσομένοις τῇ κοιλίας μέρεσι, φθείρεσθαι πέφυκεν, ἐμούμενά τε καὶ διαχωρούμενα, καὶ τρόπον ἕτερον διαφορούμενα, ὡς μηδὲ κατὰ βραχὺ τὴν πρώτην· καὶ κατὰ φύσιν ὑπομεῖναι πέψιν, ἤπου γε τὴν εἰς τὸ τρεφόμενον σύγκρασιν. ὥσπερ οὖν οὐδὲ πᾶν τὸ πεφθὲν καὶ τὴν πρώτην δεξάμενον μεταβολὴν, τοῖς τρεφομένοις μορίοις προσπελάζει πάντως, τινῶν μὲν κατ' ἀντὴν τὴν γαστέρα τῇ θρεπτικῆς δυνάμεως ἀποκρινομένων, τῶν δὲ κατὰ τὴν δευτέραν μεταβολὴν, καὶ τὴν ἐν ἥπατι γινομένην πέψιν, διακρινομένων, καὶ πρὸς ἕτερόν τι μεταχωρούντων, ὃ τὴν τοῦ τρέφειν ἐκβέβηκε δύναμιν· καὶ αὐτῇ γε τῇ ἐν ἥπατι γινομένης μεταβολῆς οὐ πάσης εὖ τροφὴν ἀνθρώποις χωρούσης, ἀλλ' εἰς ἃ πέφυκε περιττώματα διακρινομένης· τῇ τε καταλειφθείσης τροφῆς ἐν αὐτοῖς ἐσθ' ὅτε τοῖς τρεφομένοις μέρεσι καὶ μορίοις πρὸς ἕτερόν τι μεταβαλλούσης, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τοῦ πλεονάζοντος, ἢ περιττεύοντος, καὶ φθείρειν πως ἢ πρὸς ἑαυτὸ τρέπειν τὸ πλησιάσαν εἰωθότος· πολλῆς οὖν οὔσης ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις τῇ φυσικῆς διαφορᾶς, καὶ αὐτῇ γε τῇ κατὰ φύσιν τροφῆς ἑκάστῳ γένει ζώου καὶ τοῦ τρεφομένου σώματι συνεξαλλαττομένης· τρίτης δὲ κατὰ τὴν ἑκάστου ζώου τροφὴν γενομένης καθάρσεως καὶ διακρίσεως, δεῖ πάντως φθείρεσθαι μὲν καὶ διαχωρεῖν ἢ πέφυκεν, ἢ πρὸς ἕτερόν τι μεταβάλλειν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον εἰς τὴν τοῦ ζώου τροφὴν, ὡς συγκραθῆναι μὴ δυνάμενον· συμβαίνουσαν δὲ καὶ κατὰ φύσιν εἶναι τὴν τοῦ τρέφοντος σώματος δύναμιν ταῖς τοῦ τρεφομένου ζώου δυνάμεσι, καὶ ταύτην ἐλθοῦσαν δι' ὧν πέφυκε κριτηρίων, καὶ καθαρθεῖσαν ἀκριβῶς τοῖς φυσικοῖς καθαρσίοις, εἰλικρινεστάτην γενέσθαι πρόσληψιν, εἰς οὐσίαν· ἣν δὴ καὶ μόνην, ἐπαληθεύων ἄν τις τοῖς πράγμασιν, ὀνομάσειεν τροφὴν, ὡς ἀποβάλλουσαν πᾶν ὁ πόσον ἀλλότριον καὶ βλαβερὸν εἰς τὴν τοῦ τρεφομένου ζώου σύστασιν, καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ὄγκον ἐπεισαχθέντα πρὸς τὴν τῆς γαστρὸς ἀπαπλήρωσιν, καὶ τὴν τῆς ὀρέξεως θεραπείαν. ἀλλὰ ταύτην μὲν τὴν εἰλικρινεστάτην οὐκ ἄν τις ἀμφισβητήσειεν ἐνοῦσθαι τῷ τρεφομένῳ σώματι, συμπλεκομένην τε καὶ περιπλαττομένην πᾶσι τοῖς τούτου μέρεσι καὶ μορίοις· τὴν δὲ ἑτέρως ἔχουσαν καὶ παρὰ φύσιν, φθείρεσθαι μὲν ταχέως ἢν ἐρρωμενεστέρᾳ συμμίξῃ δυνάμει, φθείρειν δὲ σὺν εὐμαρείᾳ τὴν κρατηθεῖσαν, εἴς τε μοχθηροὺς ἐκ τρέπεσθαι χυμοὺς καὶ φαρμακώδεις ποιότητας·

Præter hæc neque ijdem perspectas mihi habere uidentur uires naturasq; tum alentium tum alitarum rerum. alioqui cognouissent, non omne quod aliunde alicui inculcatur, cibum eius naturæ cognatum & idoneũ reddi: sed quędam statim ut complexu uẽtriculi recepta sint, perire uel uomendo, uel excernendo, uel alio aliquo pacto disijciẽdo: adeò ut ne paulisper quidem primam & naturalẽ sustineant concoctionem, aut ullam cum altricibus rebus commistionem. Vt igitur neq; omnino omne quod cõcoctum est primãq; mutationem suscepit, cum fomitibus corporis coniungitur, quum quædam per uentrem à nutritia uirtute excernantur, quædam post secundam mutationem concoctionemq; iecinoris secernantur, & ad alia segregẽtur, quę uim nutriendi excessere: ipsa quoque quæ in iecore mutatio est, ut nec ex toto in alimentum cedit, sed quædam in consuetas superfluitates excolat, ipsa quoque id ipsum quod retinuit ad membra nutrienda nõnunquam in aliud quippiam conuertit, secundum uim eius quod prædominatur aut superabundat: quod aut corrumpere sibi quod proximum est, aut in sui naturam transfundere solet. Quum multa igitur sit in omnibus animalibus naturalis differentia, ipsumq; alimentum unicuique generi animantium ex natura accommodetur, & cum corpore quod inde alitur commutetur, triplex item in animãtium cibis purificatio & excolatio fiat: omnino opus est perire & transmitti quo solet, aut in aliud uerti quicquid alienum est ab alimonia & fomite alicuius animalis, ut quod commisceri & contemperari nequeat: oportetq; uim nutrimenti animalis naturaliter consentire, eámque descendere per naturalia, ut sic loquar, cribra & secernicula, & expurgatam planè naturalibus illis emundationibus, syncerissimam reddi, ut corpori addatur: quam solam, si rerum uocabulis uerè utaris, alimoniam uoces, ut quæ abiecerit omne quod alienum est & noxium ad alendi animalis constitutionem, simulq; excusserit magnum illud infarctum & inculcatum pondus, quo stomachus usus est ad sui repletionem, & appetentiæ remedium. Sed hanc syncerissimam alimoniam nemo ambiget cum corpore uniri, omnibúsque illius & membris & articulis implicari & coalescere, eámque quæ se ita non habet & contra naturam est, perire quidem statim, si ualidioribus corporis uiribus affundatur, perdere autem paulatim eas corporis uires quas superarit, atque in prauos succos & uenenatos conuertere:

ut quæ nihil familiare aut amicũ alendo corpori afferat. Eius rei maximum argumentum est quòd corpora inde uel dolor, uel periculum, uel mors inuadat, si acriori appetitu uenenatum aliquid & alienum natura unà cum cibis ingurgitauerint: quòd haud dubiè uniuerso corpori exitiosum est: si quidẽ quæ nutriũtur: familiaribus & naturalibus rebus nutriantur, contrarijs autem corrumpantur. Si igitur disidio earum rerum quæ cum natura animalium pugnãt, naturalis quoq; alimonia corrumpitur, eaq; neque omnia quæ corpori admota fuerint, nec temere quiduis inde ad coalescẽtiam carnis assumit, sed illud solum quod omni cõcoctione purificatum, syncerũ peruenerit, ideoq; alendis membris accommodum sese exhibuerit: euidens satis est, nihil uniri innaturalium ijs animantibus, quibus is cibus & naturalis & idoneus nõ sit: sed uel peripsam aluũ crudum corruptumq; deijci, priusquam in alium succum degeneret: aut quum diutius inhæserit membris, uel uitium, uel morbum uix curabilem gignere, corrumpentẽ aut ipsam naturalẽ alimoniam, aut ipsam carnẽ alimoniæ indigam. Quòd si expellatur pharmacis, aut meliori diæta, aut naturalibus uiribus superetur, non tamẽ sine noxa parua è corpore effluxerit, ut quòd nihil pãratũ naturæ adferat, ob coeundi coalescendiq; inhabilitatẽ. In summa, si quis concedat inde summitti alimoniam, adijciat quoq; id usitatum esse, quanquam reuera præter naturam sit ut digeratur & transmutetur in aliquid uel humidum uel siccũ, uel calidum uel frigidum: ne istis quidem concessis futurum est ut inde aliquid momenti fiat resurgẽtium corporibus, ut inde membrorum pleniorem numerum consequantur: quũ nec membrum sit corporis, nec speciẽ uicemq; membri exhibeat, imò nec semper permaneat cũ membris alẽdis, aut, si unà consurgat cum resurgentibus membris, nihil ad usum uitæ cõferat: siue sit sanguis, siue pituita, siue bilis, siue spiritus. Non enim quo aliquãdo indigue runt alescentia corpora, indigebunt & tunc quum unà cum fame & corruptione, sublata fuerit necessitas sumendi nutrimenti. Iam si usque ad creationem carnis pertingere quis fingat istiusmodi ex cibis transmutationem, ne ita quidem necessitas coget, carnem recenter ex alimonia creatam, ubi accesserit ad alterius corpus, rursus ad absoluendam prioris corporis perfectionem, quasi membrum aliquod ipsius, emigrare: eo quòd caro quæ aduentitium illud ex alieno corpore assumpsit, neque perpetuò conseruet, neque ipsum illud aduentitium stabile sit quò peruenit, graueмq;

ὡς μηδὲν οἰκεῖον ἢ φίλον τῷ τρεφομένῳ σώματι φέρουσαν. καὶ τοῦτο τεκμήριον μέγιστον τὸ πολλοῖς τῶν τρεφομένων ζώων ἐκ τούτου ἐπακολουθεῖν ἄλγος, ἢ λοίμωμον, ἢ θάνατον, ἢν ὑποσφοδροτέρας ὀρέξεως τῆς τροφῆς κεκραμένον σωφελκυσθῇ τι φαρμακῶδες καὶ ξένη φύσις. ἢ ὅλως καὶ παύτως φθαρτικὸν ἂν εἴη τὸ τρεφομένου σώματος, εἴγε τρέφεται μὲν τὰ τρεφόμενα, τοῖς οἰκείοις καὶ κατὰ φύσιν, φθείρεται δὲ τοῖς ἐναντίοις. ἐπεὶ πῶς οὖν τῇ διαφορᾷ τῶν τῇ φύσει διαφερόντων ζώων ἢ κατὰ φύσιν συνδιέρκεται τροφή, καὶ ταύτης γε αὖτις οὔτε πᾶν ὅπερ ἂν προσενέγκηται τὸ ζῶον, οὔτε τὸ τυχὸν ἐκ τούτου τῷ προσφερομένῳ σώματι λέγεται σύγκρασις, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ διὰ πάσης πέψεως εἰλικρινῶς καθαρμένον, καὶ μεταβεβληκὸς εἰλικρινῶς πρὸς τὸ τοιοῦτο σώματος ἕνωσιν, καὶ τοῖς τρεφομένοις μέρεσιν οἰκεῖον. οὐδὲν γὰρ ὡς οὐσὲν τῶν κατὰ φύσιν ἕνωθείη ποτ' ἂν τούτοις, οἷς οὐκ ἔστι τροφὴ πρὸς φυὴς καὶ κατάλληλος, ἀλλ' ἤτοι κατ' αὐτὸ τοῦτο κοινίαν διαχωρεῖ, πρίν ἔτερόν τινα γνῶσαι χυμόν, ὁμόν καὶ διεφθαρμένον, ἢ συσσὰν ὧν πλεῖον, πίπτει πάθος ἢ νόσον συνδιαφθείρουσαν καὶ τοῦ κατὰ φύσιν τροφοῦ, ἢ καὶ αὐτὸ τοῦτο τῆ φύσιν τροφῆς δεομένου σάρκα· ἀλλὰ λαβὰν ἀπαθῆ ποτε, φαρμάκοις ὑσὶν, ἢ σιτίοις βελτίοσιν, ἢ τοῖς φυσικοῖς δυνάμεσι νικηθέν, μετ' ὀλίγης διαφθορᾶς βλάβης, ὡς μηδὲν φέρον τοῖς κατὰ φύσιν ἐναντίον, διὰ τὸ πρὸς τοῦ φύσιν ἀσύγκραιον, ὅλως ἂν λάβῃ συγχωρήσῃ τοῖς ἐκ τούτου εἰσιοῦσαν τροφοῦ (πρόσθεν δὲ τοῦτο σωθὲν ὕστερον) καὶ πρὸς ἂν τὰ φύσιν, διακρίνεσθαι εἰς μεταβάλλῃ εἰς ἓν τὸ ὑγραινόμενον ἢ ξηραινόμενον, ἢ θερμαινόμενον, ἢ ψυχόμενον· δεῖ δὲ τοῦτο ἐκ τῶν συγχωρηθέντων ἀνθρώπων γίνεσθαι τὸ πᾶν, τῶν μὴ ἀνισταμένων σωμάτων, ἐκ τῶν οἰκείων μερῶν πάλιν σωιστομένων, δεῖ δὲ τῶν ἑρπομένων μερῶν ὄντων, δεῖ τῶν ὡς μέρος ἐπέχοντος ἕξιν, ἢ τέλειον· τὸ μὲν δὴ πλαμένοντος παντοῖς τοῖς τρεφομένοις τῶν σώματος μέρεσιν, ἢ σωανιστομένου τοῖς ἀνισταμένοις· δεῖ δὲ σωτελεῖσθαι ἔτι πρὸς τὸ ζῶν, ἐχ αἵματος, ἐ φλέγματος, ἐ χολῆς, ἐ πνεύματος· δεῖ γὰρ ἐ δεήθη ποτὲ τὰ τρεφόμενα σώματα, δεηθήσεται καὶ ὅτε, σωανιεμένης τῆς τρεφομένων φιλίας καὶ φθορᾶς τῶν ἐξ ὧν ἐτρέφετο χρόας. ἐπεὶ οὐ καὶ μέχρι σαρκὸς φθάνειν ἐκ τοιαύτης τροφῆς μεταβολὴν ἐποιεῖ τότις, δεῖ ὅπως ἀνάγκη τὶς ἔσαι πνεῦσι μεταβληθεῖσαν ἐκ τοιᾶς δὲ τροφῆς σάρκα, πᾶσαν ἐλάσσω ἑτέρου ζῶου ἀνθρώπου σώματι, πάλιν ὡς μέρος εἰς τὸ ἐκείνου τελεῖν συμπληρῶσιν, καὶ μήτι αὐτὸ τοῦ προσλαμβανούσαν σάρκα πᾶν τοῦτο φυλαχθῆναι ὠφρσείλησε, μή τε τοῦ ἑνωθεῖσαν, ταύτη μόνιμον εἶναι καὶ πρὸς μένειν ἢ πρὸς ἐπὶ δη-

πολλὰ δὲ καὶ ταῖς ἑαυτῶν θάτραις διέχεσθαι μεταβολαῖς, ποτὲ μὲν πόνοις ἢ φροντίσι διαφορουμένοις, ἄλλοτε δὲ λύπαις, ἢ νόμάδοις, ἢ νόσοις σωπτηκομένοις, & ταῖς ἀξ ἐπαύσεως ἢ πορισμοῦ ὑδατογενομέναις δυσκρασίαις μὴ συμμεταβαλλομένων ἁρκεῖ τὴ πιμελῆ τῶν ἁγμῶν γε τῷ μένειν ἀπροσδεῖ τῶν προσιὼν δεχομένων. διὸ τῶν δὲ γινομένων ἐπὶ σαρκὸς παθημάτων. πολύ γ' ἔτι μᾶλλον ἔνεστι τὶς αὐτὰ τὰ πάσχουσαν τῶν ἀξ οἰκείων τρεφομένην σάρκα νῦν μὲν, εἰς ὄγκον πεφύκυῖα κὴ πιαινομένων ἀξ ὧν προσέληφε· εἶτα πάλιν ἀποπτύουσαν ὅν αὖ τύχῃ τρόπον κὴ μειουμένων, ἢ μιᾷ τινι ἢ ἐμποδὼν ῥηθεισῶν αἰτιῶν, ἢ πλείοσι· μόνα δὲ ἡμᾶς μένειν δεῖ τοῖς μέρεσιν ἃ σωσθῆναι ἢ σῆψαι ἢ θάλπειν πέφυκεν τὸ τοῦ φύσεως ἀφ' ἑλεγμένων κὴ τούτοις πεφυκυῖαν, οἷς τὴν κατὰ φύσιν συνεξέπλησε ζωὴν κὴ τὰς ἐν τῇ ζωῇ πόνους. ἀλλ' ὅτε γὰρ ἁλῶ ὁ δεῖ κενουμένων τῶν ἀγγείων ἀγχόμενον, ὅτε κατὰ συγχώρησιν πᾶσα ἐχόντων τῶν ἐπ' ἐκείνοις γυμνασμένων, ἀληθὲς δεικνῦναι ἁπλῶς ὃ πρὸς αὐτῶν λεγόμενον, οὔτ' αὖ συγκραθεὶν ποτὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα τοῖς κατὰ φύσεως, ἂν ἀπ' ἀγνοίας ποτὲ κλαπῶσι τὴν ἀπάτησιν δι' ἑτέρου ἵνος μεταχόντος τοιοῦτον σώματος, ἂν αὐτόθεν ἀπ' ἀγνοίας ἢ μανίας ὁ μοιδῆς ἵνος μιαν θῶσι σῶμα, εἰ γε μὴ λελήθασιν ἡμᾶς ἀνθρωποειδεῖς ἵνος ὄντος θῆρος, ἢ μικτὴν ἔχοντος φύσιν, ἀξ ἀνθρώπων κὴ θηρίων, οἷους πλάττειν ἐώθασιν οἱ θλιμερότεροι τῶν ποιητῶν. κὴ τί δεῖ λέγειν πρὶ τ μηδενὶ ζῴῳ πρὸς τροφὴν ἀκκληρωθέντων σωμάτων, μόνῳ δὲ τὴν εἰς γῆν ταφὴν ἐπιζημιᾶ κὴ φύσεως μεμοιραμένων; ὅπου γε μηδ' ἄλλο τι τῶν ζώων ἔθιδεν ἐκ τ αὐτ εἴδους εἰς τροφὴν ἀπεκλήρωσεν ὁ ποιήσας· εἰ μὴ ἄρ' ἄλλοις ἄσι τῶν ἑτερογενῶν τροφὴ γίνεται κὴ φύσιν. εἰ μὲν οὖν ἔχουσι δηκνῦναι σάρκας ἀνθρώπων ἀνθρώποις εἰς βρῶσιν ἀκκληρωθείσας, οὐδὲν κωλύσει τὰς ἀλληλοφαγίας εἶν κὴ φύσιν, ὡς πρὸ ἄλλο τι τῶν τῇ φύσῃ συγκεχωρημένων, & τὸς γε τὰ διαῦτα λέγειν θλιβῶντας, οἷς τῶν φιλτάτων γῆρυφᾶν σώμασιν ὡς οἰκειοτρόποις, ἢ κὴ τὸς δυνατὸς σφίσι, τοῖς αὐτοῖς ἐσιᾶν. εἰ ἦ γὰρ ἢ δεῖ εἰπεῖν δύαγες, τὸ δὲ σαρκῶν ἀνθρώπων ἀνθρώπος μεταχεῖν, ἐχθιδὲς ἂν κὴ παμμίαρον, & πάσης ἐκθέσεως κὴ παρὰ φύσιν βρώσεως ἢ πράξεως γ' ἀγενέστερον· τὸ δὲ παρὰ φύσιν ἐκ αὖ ποτε χωρήσειν εἰς τροφὴν οἷς ταύτης δεομένοις μέρεσι & μορίοις· τὸ δὲ μὴ χωρεῖν εἰς τροφὴν, οὐκ αὖ γνωθεὶν τούτοις ἃ μὴ δὲ τρέφειν πέφυκεν· οὐδὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα συγκριθεὶν ποτ' αὖ τοῖς ὁμοίοις σώμασιν οἷς ὄδιν, εἰς τροφὴν, παρὰ φύσιν, κἂν πολλάκις διὰ τῆς τούτων ἐς γαστρὸς, κατά τινα πικρότατον συμφορὰν.

grauemq; in diuersum accipiat commutationem, quum nunc doloribus euanescat, nunc curis, mœroribus, laboribus morbisq; extabescat: nunc æstus frigorisq; intemperijs nó permutent & humores in carnẽ & adipem, adeo ut maneant corpora quæ cibos sumpserunt, id ipsum quod sunt. Quũ istiusmodi có tingant in carnis affectionibus, multò magis ea deprehendas in carne ex improprijs cibis nutrita, quum ea nunc quidem in molẽ succrescat, & pinguedinẽ induat ex cibis assumptis, mox rursum id abijciat aliquo modo ac diminuatur, aut unà ex superioribus aut pluribus causis quas superius recensuimus: ita ut sola maneat ea caro quæ colligandi, condensandi, fouẽdi uim habet: nimirum quæ electa sit à natura, ijsq; cibis affinis est & congenita, quibus secundum naturã uitam coadimplet, uitæq; labores sustinet. Sed neque ut par est excretis ijs de quibus loquuti sumus, neque, ut concedamus, receptis: uerum ostendi potest quod ab istis obijcitur. neq; affundi et admisceri poterint humana corpora ijs corporibus quæ sunt eiusdẽ speciei, siue in edendo fallãtur alicuius fraude, ut sensum eius rei non percipiãt: siue sponte, uel ex fame, uel ex insania, deuorãdis sui generis corporibus sese contaminent. nisi fortasse nos lateat esse feras humana forma prædatas, aut mistis naturis compositas, ut partim ex hominibus, partim ex belluis constent: quales confingere solent audacissimi poetarum. At quid dicã de corporibus nulli animalium in cibũ deputatis, & quæ sola dignitate naturę honorẽ sepulchri obtinuerunt? quum opifex rerum nulli animalium corpus cognatæ formæ in cibum assignauerit, licet secũdum naturam diuersæ speciei corporibus pascantur. Quòd si ostendere possunt, humanas carnes hominibus in cibũ ex instituto naturæ attributas esse, quid impediméti erit quominus mutuæ nostri cędes fiant, ut in rebus à natura concessis fieri solet: atq; adeò qui istud audent dicere, dilectissimorũ corporibus in usum epularũ helluentur, ut magis familiaribus cibis, charissimoq; sibi commanducent? Quod si istud dictu impium summumq; & teterrimum piaculum est, & supra omnes nefarios cibos & facinora detestandum, hominem humanos ortus deuorare: deinde si uerum est, non recipi à membris famelicis quod cõtra naturam est, ac rursus quod non recipitur pro cibo, cum illis corporibus coalescere nõ posse quibus ex natura cibus nõ est: fieri non potest ut unquã humana corpora sui generis corporibus confundãtur, quibus præter naturã in cibum obtrudũtur: etiãsi in horum uentres ingerantur, ex aliqua perquã acerba calamitate.

Resilientia

Reſiliétia enim à ui nutritiua, eoq; diſiecta un de primum orꝝm traxerunt, ſuis quidē primordijs unūſquiq; ad tempus aliquod, inde tamen rurſus diſcreta ſapientia & potentia illius qui omnia tēperat, ſingula ſingulis decētiſsimè coaptabuntur: ſiue ea igni concremata ſint, ſiue aquis contabuerint, ſiue à belluis deuorata, ſiue ex uiuentis adhuc corpore excīſa, ante alios artus computruerint: coeuntia autem rurſus inter ſe, eūdem locū obſidebunt, ut eandem proportionem conſtitutionemq; corporis reddāt, mortuiq; uel omnino diſſipati reſurrectionem & uitam inſtaurent. Hæc in longū extendere non eſt opportunū. confeſſam enim & minimè controuerſam indicationē habēt, ſaltem apud illos qui farinos & belluarū ritus odio proſequuntur. Sed quum multa utilia ſuppetant ad præſentis negotij examinationem, primùm excludi eos opto qui ad humana opera defugiūt, eorumq; operum artifices homines, quorū opera cótrita aut tempore cariosa aut alia ratione perdita, renouari nequeūt: deinde ex ſimilitudine inde capta oſtendere ſatagūt, Deum aut nolle, aut ſi uelit, non poſſe cadauer extinctum uel euanidū in integrum reſtituere: neque ſecum reputant quòd per hęc peſsimè in Deum contumelioſi ſunt, dum inter ſe comparant uires undiquaq; diſtantes, uel potius iſtarū uirium poſſeſſores, & artificialia cū naturalibus in cótentionem mittunt. Cū iſtiuſmodi hominibus ſeriò agere, culpa nō uacat. ſtultum enim reuera eſt, leuibus uaniſq; contradicere: lógè autem probabilius eſt, ac omnium ueriſsimū, illud ſcilicet allegare, quod hominibus impoſsibile ſit, Deo poſsibile eſſe. Si uerò per hæc ipſa ut probabilia, aut per omnia ſuperius excuſſa, ratio demonſtrat, id poſsibile Deo eſſe: ſatis liquet, pro impoſsibili habendum non eſſe. imò neque id à diuina uoluntate abhorrere. Quod enim ille non uult, ideo non uult, uel quòd iniuſtum ſit, uel quòd indignum ſit. Porrò iſta iniuſtitia uel deprehenditur circa illū qui reſurgit, uel circa alium extra ipſum. Cæterùm quòd nemini omnium quę foris & extra ipſos reſurgentes ſunt, & in rerum natura inueniuntur, iniuria fiat, manifeſta res eſt, non enim intellectuales creaturæ ex hominum reſurrectione iniuriā acceperint. nihil enim inde illorum eſſentia impeditur: neque hominum reſurrectio illis aut contumeliam aut damnū adfert. ut quoque neirrationalibus quidem aut inanimatis irrogare uidetur: non enim illa poſt reſurrectionem ſupererunt: iam uerò circa illud quod non eſt, nulla iniuria eſſe poteſt. Quòd ſi tum ea exiſtere fingas, ne ſic quidem ullam iniuriam ſenſerint ex hominum reſurrectione

ἀποχωροῦντα δὲ τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως, καὶ σκιδνάμενα πρὸς ἑκεῖνα πάλιν ἐξ ὧν τὸν πρώτου ἔσχε σύστασιν, γνοῦται μὲν τούτοις ἐφ' ὅσον ἂν ἕκαστον τύχῃ χρόνου· ἐκεῖθεν δὲ διακριθέντα πάλιν σοφίᾳ καὶ δυνάμει τοῦ πᾶσαν ζῴου φύσιν συντᾶξι δικαίως δυνάμεσι συγκεράσαντος, ἑνοῦται προσφυῶς ἕκαστον ἑκάστῳ κἂν πυρὶ καυθῇ, κἂν ὕδατι καταλωθῇ, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ τῶν ἐπιτυχόντων ζώων καταλαπανηθῇ, κἂν τοῦ πανὸς σώματος ἐκπεσὸν, προσβαλυθῇ τῶν ἄλλων μερῶν· ἑνωθέντα δὲ πάλιν ἀλλήλοις, τὸν αὐτὸν ἴσχει χώραν πρὸς τὸν τοῦ αὐτοῦ σώματος ἁρμονίαν τε καὶ σύστασιν, καὶ τὸν τοῦ νεκρωθέντος ἢ καὶ παντὸς βλαβέντος αὐάστασιν καὶ ζωήν. τοῦτο μὲν οὖν πλεῖον μηκύνειν οὐκ εὔκαιρον· ὁμολογουμένῳ γὰρ ἔχει τὴν ἐπίκρισιν, τοῖς γε μὴ μισοθήροις· πολλῷ δὲ ὄντων τῶν εἰς τὸν προκειμένου ἐξέτασιν χρησιμωτέρων, παραιτοῦμαι δὴ νῦν τοὺς καταφρονοῦντας ἐπὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα, καὶ τοὺς τούτων δημιουργοὺς ἀνθρώπους, οἳ τὰ σωτηριβόητα τῶν ἔργων, ἢ χρόνῳ παλαιωθέντα, ἢ καὶ ἄλλως διαφθαρέντα καινουργεῖν ἀδυνατοῦσιν. εἶτα ἐξ ὁμοίου τοῖς ἀεραμοῦσι καὶ τεκταίνουσι δεικνύναι πειρωμένους, τὸ μὴ θεὸν μὴτ' ἂν βουληθῆναι, μήτε, βουληθέντα, δυνηθῆναι νεκρωθὲν ἢ βλαβὲν ἀνασῶσαι σῶμα· καὶ μὴ λογιζομένους ὅτι διὰ τούτων τοῖς χειρίσοις ἐξυβρίζουσιν εἰς θεόν, σωφρονιστέον πάντα διεκνοῦντας τὰς δυνάμεις, μᾶλλον δὲ καὶ πάντας χωμένους τοῖς θείοις καὶ τὰ τέχνητα τοῖς φυσικοῖς. πόθεν μὲν οὖν τούτων ἀπορίζειν οὐκ ἀνεπίμπλημι· ἤλιθιον γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ τοῖς ἀθεωτάτοις καὶ ματαίοις αὐτιλέγειν· μακρῷ γε μὴν ὀξύτερον ἡγοῦμαι τῶν ἀληθεστάτων τὸ φῆσαι τὸ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, παρὰ θεῷ δυνατόν. εἰ δὴ δι' αὐτῶν τούτων ὡς φιλόξενον, ἡγοῦμαι πάντων τῶν μικρῷ πρόσθεν ἐξητασμένων, δείκνυσιν ὁ λόγος δυνατὸν, δῆλον ὡς οὐκ ἀδύνατον. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀβέλτερον. τὸ γὰρ ἀβέλτερον, ἢ ὡς ἄδικον, αὖθις ὄντων ἀβέλτερον, ἢ ὡς ἀνάξιον. ἡ πάλιν, τὸ ἄδικον ἢ πρὶν αὖθις θεωρεῖται τὸν ἀνασησόμενον, ἢ πρὶ ἄλλον ἢ περὶ αὐτόν. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδεὶς ἀδικεῖται τῶν ἐξωθεν καὶ τῶν γε τοῖς οὖσιν ἀεὶ θεμουμένων, πρόδηλον. οὔτε γὰρ ἀνόητα φύσεις ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀνασάσεως ἀδικηθεῖεν ἄν· (οὐδὲ γὰρ ἐμποδίόν τι ταύτας πρὸς τὸ εἶναι, οὐ βλαβόν, ὑμεῖς ἢ τῶν ἀνθρώπων ἀναστασις) οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἀλόγων ἡ φύσις, οὐδὲ τῶν ἀψύχων. οὐδὲ γὰρ ἔσαι μετὰ τὴν ἀνάστασιν· πρὶ ἢ τὸ μὴ ὄν, οὐδὲν ἄδικον. εἰ δέ καὶ ἐναίτιος τοῦτο εἴη ὁ παντὸς, οὐκ ἂν ἀδικηθείη τοῦτο, τὸ ἀνθρωπίνου σώματος ἀναιρεθέντος.

Si enim

ἀ γὰρ ἐπείκοντα νῦν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ῥητῶν χρείας ὄντων ἢ δεῖν ἐπὶ τοσοῦτον ζυγὸν ἀναγκαίαν καὶ δουλείαν παντοίαν, οὐδὲν ἀδικεῖται· πολὺ μᾶλλον, ἐφθάρτων καὶ ἀνοήτων γενομένων μηκέτι δεομένων τῆς τούτων χρείας, ἐλευθερωθέντα δὲ πάσης δουλείας, οὐκ ἀδικηθήσεται. οὐδὲ γὰρ εἰ φωνῆς μετεῖχον, ἐπάσχομεν ἂν ἢ δημιουργὸν ὡς παρὰ τὸ δίκαιον ἐλαττούμενα τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μὴ τῆς αὐτῆς τούτοις τετύχηκεν ἀναστάσεως. ὧν γὰρ ἡ φύσις οὐκ ἴσον, τούτοις οὐδὲ τὸ τέλος ἴσον ὁ δικαίου ἀδιαιρέτου. χωρὶς δὲ τούτων, παρ' οἷς οὐδὲ τὸ δικαίου μία κρίσις, οὐδὲ μέμψις ἀδικίας. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο φῆσαι δίκαιον, ὡς πρὸς αὐτὸν θεωρεῖταί τις ἀδικία τὸν ἀνιστάμενον ἄνθρωπον. ἔστι μὲν γὰρ ὅπως ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, οὔτε δὲ εἰς ψυχὴν, οὔτε εἰς σῶμα δύναται τὴν ἀδικίαν. οὔτε γὰρ τῇ ψυχῇ ἀδικεῖσθαι φήσει τις σωφρονῶν, ὅπληστεται γε τούτῳ συνεμβάλλων καὶ τὴν παροῦσαν ζωήν. εἰ γὰρ νῦν ἐν φθαρτῷ καὶ παθητῷ καρικοῦται σώματι, μᾶλλον ἀδικηται, πολὺ μᾶλλον, ἀφθάρτου καὶ ἀπαθοῦς συζῶσα, οὐκ ἀδικηθήσεται. ἀλλ' οὐδὲ τὸ σῶμα ἀδικεῖται τί. εἰ γὰρ νῦν φθαρὲν ἀφθάρτῳ σωμάτι, οὐδ' ἀφθάρτῳ ἀδικηθήσεται. οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο φαίη τις ἄν, ὡς ἀναξίων ἔργον ὢν θεὸς, τὸ θαλυθὲν ἀναστῆσαι σῶμα καὶ συναγαγεῖν. εἰ γὰρ τὸ χεῖρον οὐκ ἀνάξιον, τοῦτ' ἐστὶ τὸ φθαρτὸν ποίησαι σῶμα καὶ παθητόν· πολὺ μᾶλλον, τὸ κρεῖττον οὐκ ἀνάξιον, ὅπερ ὄντως ἄφθαρτον καὶ ἀπαθές. εἰ δὲ δεῖ τῶν ἡμῖν φύσιν πρώτων καὶ τοῖς ἐπομένων διέλειπται τὸν ἐξετασμένων ἕκαστον, σύνηλον ὅτι καὶ δυνατὸν καὶ βέλτιον καὶ ἄξιον τὸ δημιουργήσαντος ἔργον ἢ τὸν θαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασις. δεῖ γὰρ τούτων ἐλέγχθη ψεῦδος τὸ τάφις αὐτικείμενον, καὶ τὸ τῶν ἀπιστούντων πρόλογον. τί γὰρ δεῖ λέγειν πρὸς ἕκαστα τῶν πρὸς ἕκαστον αὐτισροφῆς, καὶ εἴ πρὸς ἄλλα συναφείας; ἐγκλεῖσαι καὶ σωάφειαν εἰπεῖν, ὡς ἑτερότητί τινι κεχωρισμένων. ὀχὶ δὲ ἡ τὸ δυνατὸν λέγειν βέλτιον, ἢ τὸ τῷ θεῷ βέλτιον, πάντως ἐστὶ δυνατὸν, ἢ ἡ τὸ βελτιοῦντος ἄξιον. ὅτι μὲν ἕτερος ὁ πρῶτος τὸ ἀληθείας λόγος, ἕτερος ἢ ὁ ὕστερος εἴρηται τὸ ἀληθείας, εἰρηται δὲ τῶν πολλαχόντων μετρίως, οἷς τε διεσήμανεν ἕκαστος καὶ πότε ἢ πρὸς τίνας ἔχει τὸ χρήσιμον· κωλύει δὲ ἴσως οὐδὲν, τῆς τε κοινῆς ἀσφαλείας ἕνεκεν καὶ τῆς τῶν εἰρημένων τρόπος τὰ λειπόμενα σωτηρίας, ἀπ' αὐτῶν τούτων καὶ τῶν ῥητοῖς προσηκόντων πάλιν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν.

Sic enim nunc quum cedant hominũ naturę, & ad eorum adhuc miserię obsequiorũ usum sub iugum atq; in omnem seruitutem adigãtur, nullam tamen iniuriam patiuntur: multo minus, hominibus incorruptibilibus effectis extra omnẽ inopiam & miseriam cõstitutis, quum ipsa liberata fuerint ab omni seruitute, iniuriam patientur. Neq; enim si loquendi facultate instructa essent, incusarent rerũ opificem, quasi præter æquum, infra hominum sortem collocati essent, eo quòd in eiusdem resurrectionis participatum admitterentur. Quorũ enim natura æqualis nó est, istis neq; eundem finẽ & honorem qui iustus est admetitur. maximè quũ præter hanc rationem brutis illis & inanimatis nullus sit iustitiæ sensus, ac ideo nulla iniustitiæ indignatio. Cæterùm ne illud quidẽ dici potest, quòd circa ipsum hominẽ ex resurrectione aliqua iniuria deprehendatur. Hic enim ut ex anima & corpore componitur, ita in neutram partẽ uel in corpus uel in animam iniuriã accipit: neq; sapiẽs animã iniuriã pati dicet, ideo quòd hoc modo non eam rationẽ uitæ retineat in qua iam in præsentia agit. Si enim nũc in corruptibili & in patibili corpore habitans, nulla iniuria afficitur: multò minus, in incorruptibili & in impatibili habitans iniuria afficietur. Imò neque corpus iniuriã sentit. Si enim nunc ipsum corruptibile incorruptibilis animæ cõtubernio cõiunctum, nullã inde iniuriam accipit: multò minus, tum accipiet quum utrinq; ambo incorruptibilia erunt. Porrò neque illud dici potest, corpora resoluta in integrum restitui, rem esse indignã Deo Si enim quod deterius est, mortale scilicet & patibile corpus condere, nó indignum Deo uisum est, multò minus indignum erit, quod præstantius est et immortalitate & impatibilitate donatum, in rerum naturã producere. Quod si per ea quæ prima ex natura sunt, eaq; quæ his consequio adhærent, singula quę in quęstione erant, explicata & ostensa sunt satis manifestũ est, restitutionem corporum extinctorum talem esse quæ cõgna sit Deo, & quam uelit & possit efficere. Per hæc enim demonstrata est falsitas contrariorum, & absurditas non credẽtium Quid enim opus est dicere de singulorum & ad singula reciproca similitudine, mutuáque inter ipsa cohærentia & congruitate: quasi ea aliqua diuersitate discreta essent, ac non liceat dicere, id quod possibile sit, idem esse uoluntarium: & quod Deo uoluntarium, idem omnino esse possibile. Cæterùm quòd alia est disputatio de ueritate, alia pro ueritate, in superioribus utcunque dictum est, necnon quibus discriminibus altera ab altera differat, & quando & apud quos utilitatem habeat. Nihil tamen impedierit, communis securitatis causa, serieíque gratia, quò dicta cum dicendis cohæreant, ab illis ipsis iísque affinibus denuo exordium facere.

decet

decet enim hoc secundum naturam principatum habere, illúd autẽ, satellitis uice, principi suo uiam facere, & præuio cursu omnia impediméta & prærupta tollere. Nam disputatio de ueritate quum necessaria sit omnibus hominibus, & ad tutelam & ad salutem princeps consistit, & natura & ordine & ueritate: natura quidem, ut quæ rerum cognitionem adiuuet: ordine, ut quæ in istis & simul cum istis existat, quorum iudicium & notitiam promit: utilitate uerò, quia cognoscentibus & addiscentibus ipsam, tutelam simul & salutem conciliet. Disputatio autẽ pro ueritate, natura & potentia inferior est: minus enim est falsitatem redarguere quàm ueritatem stabilire. ordine quoq; posterior est. Nã contra falsa opinantes uim suam exercet, falsa autem opinio, ex secunda quasi semente et corruptione agnoscitur. Verùm quanquam ambo se ita habeant, præponitur subinde illa & utilior existit, ut quæ tollat & præpurget obturbantem incredulitatem, uel recentem, dubitationem, uel falsam opinionẽ. Ad unũ tamen ambæ referuntur finem: tendunt enim ad pietatẽ, tum ista quæ falsum reuincit, tum illa quæ ueritatem corroborat: non tamen omnino idem sunt. nam ista necessaria est, ut dixi, omnibus credentibus, ijsq; qui ueritatis propriæq; salutis cũram gerunt: illa nonnunquam quibusdam in rebus & apud quosdam fructuosior est. Hæc quidem summatim dicta sunt, ad memoriam superiorum uerborũ seruandam. nũc autem ad propositum redeundum ostendendumq; uera esse quæ de resurrectione dicuntur, idq; ex ea causa secundum quam & per quam primus homo eiusq; posteri nati sunt, etsi non eodem modo creati sunt. Deinde ex communi hominum, quatenus homines sunt, natura. Deinde ex conditoris super illos iudicio, quod de illis faciet prout uixerint: quod iudiciũ nemo dubitauerit quin iustissimum futurum sit. Causæ autẽ ratio in hoc consistit, ut exploremus, utrũ temere & frustra homo, an ob aliquam rationẽ factus sit. Si ob aliquam rationem, utrum ut uiueret perseueraretq; in sua, ad quam ex natura genitus erat, uita, an ut aliquem usum ali cui de se præstaret. Quòd si ob usum aliquem creatus sit, rursus an ob conditoris utilitatẽ, an alterius rei quę ad conditorẽ pertinet, eiq; maiori curę est quã homo. Hîc quidẽ etiã uulgari & simplici indagatione in rebus cõtemplãdis utẽtes, inuenimus quòd quicunq; mẽtis cõpos est, & rationali iudicio ad agendum mouetur, nihil eorũ quæ ex proposito destinat, temere facit. aut enim id instituit sui ipsius gratia, aut alterius cui studet, aut ipsius rei quã fecit amore & ꝓpẽsitate naturali inductus.

προσῆκε δὲ τὸν μὲν πρωτεύειν κατὰ φύσιν, τὸν δὲ ἡγεμονοφορεῖν τε τοῦτον, ὁδοποιεῖν τε, καὶ προανείργειν πᾶν ὁπόσον ἐμποδὼν καὶ προσαντές. ὁ μὲν γὰρ περὶ τῆς ἀληθείας λόγος, ἀναγκαῖος ὢν πᾶσιν ἀνθρώποις πρὸς ἀσφάλειαν καὶ σωτηρίαν, πρωτεύει καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ τάξει καὶ τῇ χρείᾳ. τῇ φύσει μὲν, ὡς τὸ τῶν πραγμάτων γνῶσιν παρεχόμενον· τῇ τάξει δὲ, ὡς τούτοις καὶ ἅμα τούτοις ὑπάρχων, ὧν γίνεται μιμητής· τῇ χρείᾳ δὲ, ὡς τὴν ἀσφαλείας καὶ τὴν σωτηρίας τοῖς γινώσκουσι γινόμενον πρόξενον. ὁ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, φύσει τε καὶ δυνάμει κατωδέστερος. ἐλαττοῦται γὰρ τὸ ψεῦδος ἐλέγχειν τοῦ τὴν ἀλήθειαν κρατύνειν, καὶ τάξει δεύτερον. κατὰ γὰρ τὸν ψευδολογοῦντα ἔχει τὸν ἰσχυρὸν ψευδολογίας δὲ ἐξ ὧν ἀπορίας ἐπιφυὴ καὶ παραφθορᾶς. ἀλλὰ δὴ καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, προτάττεται πολλάκις & γίνεταί ποτε χρειωδέστερον, ὡς ἀναιρῶν καὶ προκαθαίρων τὴν φλοῦσαν πᾶσαν ἀπιστίαν καὶ τοῖς ἀρτιπροσποῦσι τὴν ἀμφιβολίαν ἢ ψευδολογίαν. καὶ πρὸς μὲν ἑκάτερον ἀναφέρεται τέλος (ὡς γὰρ τὸν εὐσεβειαν ἔχει τὸν ἀναφορεύς, τὸ ψεῦδος ἐλέγχων, καὶ ὁ τὴν ἀλήθειαν κρατύνων) ὁμοῦ μὲν καὶ καθάπαξ ἢ εἰσιν, ἀλλ' ὁ μὲν, ἀναγκαῖος, ὡς ἔφην, πᾶσι τοῖς πιστεύουσι, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας καὶ τῆς ἰδίας σωτηρίας φροντίζουσιν· ὁ δ' ἔστιν ὅτε καὶ τισὶ καὶ πρός τινας γίνεται χρεωδέστερος. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν κεφαλαιωδῶς προειρήσθω πρὸς ὑπόμνησιν τῶν ἤδη λεχθέντων. ἑπόμενον δὲ ὦν τὸ προκείμενον, καὶ δεικτέον ἀληθῆ
31. ἢ ἵνα μὴ προθέωσιν ὑπὸ τοῦ Διὸς) Addo τῆς Μήτιος. non enim Phanetem à Ioue deuoratum legimus, sed Μῆτιν (apud Hesiodum, Clementem, Epiphanium, Theophilum Antiochensem episcopum) qua deuorata mox Mineruam conceperit. Vide Gyraldũ De dijs Syntagmate 11, in Mineruæ historia. Iupiter (inqt Hesiodus) quum deberet parere Mineruam, Mêtin uxorem suam, deorum atque hominum sapientissimam deuorauit, Cœli Terræq; consilio ne quis alius deorum imperium ei præripere posset, &c. Si cui uacat, Græcorum etiam (Procli & Moscopuli) hunc in locum annotata adeat. Ibidem pro ἀχώρητος equidem malim ἀνώρυτος, quod est insatiabilis, idem quod ἀνώρετος.

34. τῶν ἀπὸ τῆς ὕλης ἀκεκριμένων] eorum quæ à materia separantur, hoc est, ex materia gignuntur: tanquam materia una quadam & communi ceu massa existente, cuius ueluti segmenta quædam sunt res singulæ quæ generantur, & per generationem ab ea separan-

ea seperantur, superueniente forma: ut fœtus iam formatus & perfectus ab utero matris seperatur. Sic infrà in fine paginæ 21, ἀεὶ γὰρ ἡ ὕλης διακεκριθείσης ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἡ τούτων σύστασίς τε καὶ γένεσις.

20.6. Versus In hac pagina primus apud Homerum Iliad. ω, sic habet, Ω μοι ἐγὼν ὄφελον μοι ζαρπηδόνα, &c. ἐγὼν facilè in λέγων muta tum est.

*H.S. ibidem. Αἴ αἰ (λέγων) ὄφελον μοι] Aut pro ἐγὼν perperam positũ fuit participium hoc λέγων: aut quum scripsisset author, Αἴ αἰ ἐγὼν (λέγων) harum uocum affinitas cur altera omitteretur in causa fuit.

*H.S.9. ἀδμωατῆ] Legendum est ἀδμωατῖ, ut in ultimo pag. præcedentis uersu habetur ὀδύρεται. debet enim & illud ad ὅταν referri. nam omissis ijs qui per parenthesin interijciuntur uersibus, talis remanebit oratio, ὅταν δὲ ὁ πατὴρ αὐδήσῃ τε θεῶν τε ὀδύρεται μὲν ὃν υἱόν, ἀδμωατῖ δὲ ὀδυρόμενος τὸν κινδυνώδη ὄδε πάσαι, τίς ἐκ αὖ τὸς &c.

Post uersum decimum nonum huius paginæ, nempe post hæc uerba, ἀϊδηλον Ἄρκα, addiderim, μηδὲ Ἄρης ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ.

*H.S.26. καὶ τῶν μοιχείαν] Ξενοφάνης, inquit Sextus philosophus, διελέγχων τὸς πρὸ Ὁμηρον καὶ Ἡσίοδον, φησὶ,

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε,
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστὶν,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Idem alio loco, Ὁμήρου δὲ καὶ Ἡσιόδου, κατὰ τὸν φιλόσοφον Ξενοφάνη, οἱ πλεῖστ' ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα, Κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν. Κρόνου μὲν γὰρ ἐφ' ὃ &c. Totum enim locum citarem qui cum hoc Athenagoræ facit, nisi authorem ipsum à me editum iri sperarem.

38. Lego, εἰ γὰρ θεοὶ, οὐκ ἄψεται αὐτῶν ὠκὺθυμία.

39. ἀλλ' ἀρκὰ θεός;] Interrogatio est loco negationis.

*H.S.21.II. Δμῶαι'] Hic uersus & proximè sequens sunt primi tragœdiæ Euripidis quæ inscribitur Alcestis.

*H.S.14. Ἐλθὼν δ' ὃν ἄϊαν] Ibidem habentur hi, sed interfectis inter illos & hos, quinque alijs. Rectius autem hîc legitur δ' ὃν αἴαν quàm in uulgatis editionibus δ' γαῖαν.

18. Hyacinthꝰ Amyclę filius ab Apolline discoludẽte interfectus est: Vide Onomasti-

20. pro ζ malim χ. (con nostrum.

29. Ἀϊδωνεὺς, id est Pluto, creditꝰ est esse aer, & ἀΐδηλος quasi ἀϊδὴς dicit, id est obscurus & inuisibilis, (& ἄϊδος κυνῆ, Orci galea, inuisibiles reddere putabatur,) quòd aer omnis suapte natura opacus & caliginosus sit, nisi extrinsecus illustrẽt, luno uerò, terrã: unde & φερέσβιος epitheton ei attribuitur. ut terra ab Homero ζείδωρος cognominat, quòd fruges & alia omnia ad uitã dictumq; necessaria producat Stoicis tamen ἄρα aerẽ significat. Cæterùm νῆσις Empedocli aqua est, fortè à uerbo νάω, quod est Fluo: unde & Naides dictæ sunt, & νῆσος, insula. In uersib. Empedoclis, quos lib. primo de anima Aristot. citat, Philoponus νήσιδα αἰγλῶ (liquidum uel humidum splendorem) aquam & aerem interpretatur: quòd utraq; hæc elementa & humida & splendida seu pellucida sint. Eustathius in Iliad. Ζ, Νῆσις, inquit, perhibetur etiam dea quædam esse in Sicilia, Σικελική τις θεός.

Quod autem κρύνωμα βρότειον in his uersib. legimus, hinc forsan est, quòd de humani corporis constitutione ex elementis Empedocles in eis uerba faciat. Βρότειον enim humanum est. Per κρύνωμα intelligo κενὰς, uenas & meatus qui humorem continent.

†H.S.30. Τὸ γὰ κρύνωμα βρότειον] In exempl. legitur, διακρύοις τ' ὐδατόρ νωμᾶ βρότειον. Quam adeò corruptam scripturam dum cernerem, & eundem uersum apud Plutarchum, & Sextum philosophum ac Diogenem Laertiũ, legere me meminissem, eos adij. Apud hunc igitur inueni hanc lectionem, διακρύοις ἐκπικροῖ ὄμμα βρότειον, non solùm in editione uulgata, sed etiam in ueteri codice Veneto, alio qui satis fideliter descripto, ut ex collatione totius operis deprehẽdi: in eo tantùm à uulgata editione dissentiebat quòd pro ἐκπικροῖ haberet ὠπικροῖ. At uerò apud illos duos eam lectionem reperi quam hîc posui. Huic autem uersui Ζεὺς αἰθὴρ &c. præponunt istum, Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε. Vocat autem (inquit Plutarchus) νῆσιν καὶ κρύνωμα βρότειον, οἱονεὶ τὸ ἀπύερμα καὶ ὕδωρ.

29. ὁ ἀὴρ] addo ἡγῶ.

*H.S.36. Πῦρ, & ὕδωρ] Sextus philosophus paulo pòst quàm citauit illos uersus quos modò protuli, interiecta duntaxat Ocelli sententia (nam apud illum mendosè, ni fallor, legitur ὁ ὤκελος, pro ὠκελὸς) adiungit, ἐκ τῶν δὴ τ' πάντων τοιόνδ' ὠγὼ γίνεσιν οἱ περὶ τ' Ἐμπεδοκλέα. φ' οἷς ἦ γὰρ λέγει τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα, ἐκ τεσσάρων πυρὶ τῇ γῇ σιν· ὅταν δὲ προσθῇ, Νῆκός τ' ὀνλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἀπαύτῃ, Καὶ φιλίη μετὰ τοῖσιν, ἴσον μῆκός τε πλάτος τε δῇ προσλίδωσι τὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς, τέσσαρας ἦ τὰς ὑλικὰς, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ· δύο δὲ τὰς δραστηρίους. Φιλίαν & νῆκος. Vnde apparet omissum esse uersum unũ apud nostrũ Athenagorã.

Acne quis

Ac ne quis existimet hunc uersum νεῖκος &c. apud Sextum esse pro illo πῦρ καὶ &c. positum: audiat quid idem Sextus alibi dicat, λέξαι δ' ὡς, ὡς πᾶσι πρόσεστι στοιχείοις τὸ νεῖκος καὶ τῷ φιλίαν καταλυθῆναι· τῷ μὲν φιλίαν ὡς συναγωγὸν αἰτίαν, τὸ δὲ νεῖκος ὡς διαλυτικόν. deinde ipsos uersus adscribit,

Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ ἠέρος ἄπιδος ὕψος,
Νεῖκός τ' ὀλοόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἅπαντη,
Καὶ φιλότης μετὰ τοῖσιν, ἴσον μῆκός τε πλάτος τε.

Obserua autem hîc esse φιλότης pro φιλίᾳ ut apud Athenagoram, & in altero eiusdem Sextiloco. quod tamen uocabulum idem sonat. Alibi etiam στοργὴν pro eodem dicit idem Empedocles, ut in hoc uersu, Στοργὴν δ' οὔ πω, νεῖκος δέ τε νέμεσσι λυγρόν. Vide infrà pag. 25.

40. De Empedoclis opinione, quatuor elementa cum amicitia & lite, unientibus & dissipantibus illa, mutationum omnium causam facientis, Aristoteles etiam scribit lib. i. de anima. Athenagoras quidem uidetur amicitiæ nomine Deum accipere: uel potius, tanquam Empedocles ita acciperit, uæ orationis argumentum ducere.

41. Lego, ὥστε ἐὰν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ τε ἀρχομένου.

22.4. σωεκφωνεμένοις] Fortè συμφωνεμένοις.

5. διφυῆ] duplicis uel utriusque sexus, ut ipse per epexegesin interpretatur, ἀρσενόθηλυ, quod in homine ἀνδρόγυνον & ἑρμαφρόδιτον dicimus. Cecrops Athenis olim διφυὴς dictus est, ut Eusebius scribit, hoc est duplicis naturæ: siue ob longitudinem corporis: siue idcirco quòd quum esset AEgyptius, utranque linguam calebat, Græcam & AEgyptiacam: uel quòd primus utrunq; sexum instituto matrimonio copularit. uel quòd superior in eo pars, uirilis, inferior, muliebris aut ferina fuerit. &c. Vide Suidam. Hac ultima ratione & πᾶσα διφυῆ Plato uocat in Cratylo.

10. ἓν ἅ] Lego ὅσα.

13. τὰ εἴδη τῆς ὕλης] Mundi partes, cælum & elementa.

22. ἀναγκαῖα uocat pudenda. quam significationem Camerarius etiam obseruauit, de partibus humani corporis scribens.

25. Venerem, exectis Cæli uirilibus in mare proiectis, è spuma esse natam fabulantur. unde & ἀφροδίτη & ἀφρογένεια dicitur à spuma: & à coleis φιλομμήδεια. Ἡ δὲ φιλομμήδεια, ὅτι μηδέων ἀφεφαάδη, Hesiodus in Theogonia.

31. πάγος, id est summa frigiditas, quæ gelu & glaciem parit, quam similiter πάγος & κρύσταλλον uocant. Αἱ φλόγες μὴ τὸ παγετῶδες παίνσιν, (fortè χλιαίνσιν,) οἱ πάγοι δὲ τὰς φλόγας ἀνιᾶσιν. Aristot. de mundo.

38. φοχλεῖν] addo ὑμῖν.

42. Pro πάντες bis lego πάντα. Simpliciter omnia ab Isside esse facta testis esse potest Plutarchus in libro de Iside, Τὸ δ' ἐν Σάϊ τῆς Ἀθηνᾶς, ὃν Ἴσιν νομίζουσιν, ἑαυτὸν ἐπιγράφειν ἔχει τοιαύτην. Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὂν, καὶ ἐσόμενον, καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδεὶς πω θνητὸς ἀπεκάλυψε. Et rursus, Ἡ γὰρ Ἴσις ὅτι μὴ τὸ τῆς φύσεως θῆλυ καὶ δεκτικὸν ἁπάσης γενέσεως· καθὸ λαθοῦσα τὸν πατέρα ἔσχεν ὑπὸ τῶν πλησίον, ὑπὸ τοῦ μὲν μυθώδη καὶ ἀνόμαστον κλῆσιν, ἀπὸ δὲ πάσας ὑπὸ τῶν λόγων τρεπομένην μορφὰς εἴληφεν ἐπωνυμίας. Et rursus, Πολλαὶ δὲ αἱ μὴ Ἴσιδος, ποικίλαι ταῖς βαφαῖς. πᾶσι γὰρ ὕλαις ἡ δύναμις αὐτῆς, πάντα γινομένῳ καὶ δεχομένῳ. Verùm de Iside, Osiride & Typhone innumera eodem libro scribit Plutarchus.

23.2. περὶ Πελώρου] fortè πρὸς (uel potius μετὰ) Ὧρου. Pelorum enim Isidis filium nusquam legi. In Onomastico autem nostro, non allegato authore, sic legitur, Horus Isidis filius, quem quum Isis amisisset, uerita ne obueniret quod Osiri patri acciderat, multum fleuit: sed eo inuento mœrorem in lætitiam conuertit. Plutarchus in libro de Iside. Horum seniorem fratrem Isidis facit, qui aliàs Apollo & Arueris dicatur: item fratres alios Typhonem & Osirim: Nephthen sororem: parentes Saturnũ & Rheam. Idem non ex filio suo, sed ex Anubide Nephthes sororis filio, ubinam Osiridis cadauer esset, cognouisse scribit. Et filium quoq; eius Horum nominat, pag. 334, in Basiliensi editione Frobeniana, Ἡ δὲ Ἴσις ὅτε μὲν ὑὸν Ὧρον ἔθρεφεν ἔτι νήπιον τρεφόμενον πορφυρίσεως, &c. Et pag. 335, circa finem, Aegyptios ait deorum quorundam genitorum & corruptibilium sepulchra habere, quorum animæ in cælo, mutatis nominibus, splendeant: interq; cæteras Horum esse, qui Orion dicatur. Herodotus Horum Osiridis filium, quem Græci Apollinem nuncupent, nominat. Et fortè aliqui Horum Isidis fratrem cum filio eiusdem nominis confundunt,

4. De Osiridis sepultura quoq;, à quo Taphosiris urbs nominata, Plutarch. leges pa. 335, mox Infra medium.

Ibidem. Ἄνω κάτω] Vide in Chiliadibus Erasmi, Sursum, deorsum.

6. τοὺς λόγους] Lego τὸν λόγον.

13. καὶ τί γὰρ] Lego, καὶ τί γε.

15. λόγος,

15. λόγους) id est fabulas.
17. πῶς ταῦτα) Fortè τὰ αὐτὰ ἃς.
18. Post ἀεὶ Θ, signum interrogationis notos: & ἀεὶ πάντοντα, lego in recto plurali.
19. Lego ὑπογκύψαι, ut inferius pag. 26. circa medium rectè habetur.
41. ἐξυτανίκαμεν.) Defendi potest, sed malim ἐξιτηλωμεν.
44. διαῤῥεῖ) Addi potest τὸ θεῖον. Ibidem διαῤῥωῦται abundare uidetur.
24.6. τὸν οὐρανὸν) Malim τοῦ οὐρανοῦ, ad ornatum cæli.
16. φασκόντων) Codex Platonis noster habet φάσκοσι.
18. πρὸς αὐτὸν) Lego, καὶ πρὸς τοῦτον τὸν Θεόν.
20. Φόρκυν) Aliâs Φόρκυς.
25. De accidentibus Dei, uide annotata in sequentis paginæ uersum 25.
26. Lego ἐξεπώρ.
28. πρὸς μὲν πάντων βασιλέα πάντα ἐστί) partim necessariò: (quid enim ab eo separatum duraret?) partim ministerij causa.
30. δεύτερον δὲ πρὸς τὰ δεύτερα.) Locus est apud Platonem in epistola secunda ad Dionysium, ubi Græcè sic legitur: Περὶ μὲν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο ἄριστον ἁπάντων τῶν καλῶν. δεύτερον δὲ, περὶ τὰ δεύτερα· καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. Hoc est, ut Marsilius Ficinus uertit: Circa omnium regem cuncta sunt: ipsius gratia omnia: ipse pulchrorum omnium causa: circa secundum, secunda: tertia, circa tertium. Nos fortè dilucidiùs, nisi quòd καλῶν exemplaris uitio omiseramus. Videtur autem Deus aut natura Dei primùm esse & cõsiderari circa substantias immortales, Angelos & corpora cœlestia, ut Platoni uidetur: deinde ex immortali natura mistas, ut homines animo immortales, corpore mortales: tertiò circa reliqua quæ undiquaque mortalia sunt. Vel, circa essentias & formas materiæ expertes primùm, deinde circa formas à materia inseparabiles, tertiò circa ipsam materiam. Plato in Timæo de Deo mundi conditore sic scribit, Καὶ πάλιν ὧν μὲν πρώτον κράτιστα, γόνιμον τῷ θεῷ θεῶν ψυχὴν κίρανυς ἐμισγε, τὰ δὲν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖρ μίσγων, τρόπον μέν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκήρατα δ' ὀκέτι τὴν ταυτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα τῇ τρίτα. Ergo Deus, qui & ingenitus & incorruptibilis est, unus & ipsa unitas fuerit: deinde genita quidem, sed incorruptibilia τὰ δεύτερα dixerim: tertiò genita simul & corruptibilia, τὰ τρίτα. Possem & ex Pythagoræ philosophia aliquid de his numeris depromere, sed properandum est. Hoc tantùm addam, Deum etiã alio modo primum esse in seipso, τὸν ὑπερφυῆ, τὸ ὑπερούσιον, τὸ νοῦ τε καὶ νοητὸν πανὸς ὑπερτερον καὶ κρείττω, τὸν τῇ τῶν τὰ ἄῤῥητον καὶ ἄπειρον: secundò ὑπὸ νοῦν οἷς: tertiò ὑπὸ οἷς αἰσθητοῖς. Immensa hæc contemplatio est, neq; humanę opis: sed, quæ ad tertium usq; cœlum rapiatur, mentis.
36. ἐν) Malim ἐπὶ.
41. δεδαιμένος) Lego δεδαιμονῶ.
42. ὁ δὲ μέγας ἡγεμὼν) Vndenam quæso didicit retulitq; Plato (inquit Iustinus in Parænetico) alato curru Iouem per cœlum duci, quàm à Prophetarum historijs? quibus nouit de Chrerubinis ita memoriæ mandatum: Et à domo egressa est gloria Domini, & ascendit super Cherubin: & susceperunt Cherubin alas suas, in quibus erant rotæ.
48. ἐτόρξω) adde γὰρ.
25.2. τῇ δυνάμει) Videntur hæc abundare nisi addas αὐθρωπίνῳ. Locus est ex Timæo. Vide suprà.
7. ταῦτα λόγου κεκινηκότας) Loquutio est affinis prouerbio, Omnem lapidem mouere.
9. εἰ καὶ μὴ) Lego, εἰ μὴ καί.
10. περὶ δὲ φύτων) Clarius legeretur, περὶ δὲ τῶν ἄλλων.
* H.S. 12 ἡμᾶς τε αὖ εἰκότως ἐχθηλατόμεθα] Vbi pro τε repositum fuerit γε (quod mendũ frequentissimum est) nondum emendatum locum habuerimus. nam ut hæc uerba significent, Meritò non reijceremur, ex præsenti ἐχθηλατόμεθα, faciendum fuerit præteritum imperfectum ἠχθηλατόμεθα, quod iungatur cum αὖ. neq; enim ita loquetur quisquam Græci sermonis peritus, ἐγὼ αὖ εἰκότως ἐχθηλατόμαι, dicere uolens, Ego meritò reijcerer. Verùm hoc modo, ἐγὼ αὖ εἰκότως ἠχθηλατόμην, uel ἐχθηλαθείμην. Sequendo igitur illam interpretationem, legendum fuerit, ἠχθηλατόμεθα uel ἐχθηλατοίμεθα. Sed mihi magis placet, tempus præsens retinendo, αὖ cum εἰκότως iungere, ut sit αὖ εἰκότως. legendo etiam in principio huius periodi, εἰ καὶ οἱ ποιηταί. Sequendo enim illam priorem sententiam, uidetur pendere quodammodo oratio.

Ibidem. Lego ἡμᾶς γε αὖ. nisi malis ἡμᾶς γε αὖ εἰκότως. & ab initio huius periodi, εἰ καὶ οἱ ποιηταί. sed sensus eodem recidit.
16. φῦλα μὲν τῇ δυνάμει) Quid si sic? τρία μὲν τῇ δυνάμει, φῦλα δὲ κατ' οὐσίαν, τὸν πατέρα, &c.
17. Post πάντος punctum geminum signo. Ibidem sensus & constructio uidentur requirere ut ad ἀπῤῥοια subaudiamus τὸ πα-

πρὸς, uel πρὸ αὐτοῦ: quare uertimus, & (ab eodem) Spiritus, &c. quod moneo, nequis mecum Græcis illis sentire putet, qui Spiritum à solo Patre procedere asserunt.

25. ὃ περὶ] συμβεβηκὸς circa medium etiam præcedentis paginæ, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ὄντως ὄν, &c. ἐπισυμβεβηκότα τῷ θεῷ, hoc est accidentia uel adiuncta Dei, appellauit. hîc autem docet accidentia hæc huiusmodi esse ut perpetua & inseparabilia sint. In Deum quidem, qui simplicissima purissimaq; & totus undiquaque essentia est (quamobrem & uerè ens, & ens entium appellatur, & in sacris literis, Ego sum qui sum) accidentia non cadunt: sed ueluti accidentia quædam ei attribuit contemplatio nostra, quæ absq; phantasia in hoc ergastulo nihil cogitat, ὥστε καὶ τὰ ἀμερῆ μερισῶς νοεῖ.

26. Color est accidens corporis necessariò. sine corpore enim aut superficie eius, nec esse nec definiri potest. Separabile tamen accidens dicitur, non quòd ipsum sine corpore esse queat: sed contrà corpus sine ipso: siue re ipsa: (corpora enim quædam colorem nullum habent, ut aer, aqua) siue cogitatione & definitione. nihil enim ad corporis essentiam facit. Sic bonitas, sapientia, &c. & primò & necessario in Deo insunt, sed tanquam ideæ & essentiæ quædam potius, id est formæ essentiales, ut Platoni uidetur, quàm accidentia. itaq; sine ijs Deus esse non potest, ne sine seipso sit. ipse enim ipsissima bonitas est. Sic fons sine aqua esse non potest: ratione tamen ab ea distinguitur, quòd aquæ principium sit, non simpliciter aqua: & quòd aqua in eo purissima: & quòd perennet. nec exhauriri possit, ut aliæ in lacunis aquæ: & quòd corpore aut loco minimus, potentia maximus sit. Verùm hæc omnia magis ut intelligentiæ nostræ accommodantur, quàm ut reuera sunt, de Deo dicuntur aut dici possunt. Et pulchrè Timæus apud Socratem, Εαν ἄρα μυδιγνὸς ἦτον λόγους παρεχόμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρὴ, μεμνημένον ὡς ὁ λέγων ἡμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἐχομεν· ὥστε πόδι τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει μηδὲν ἐπιτι ζητεῖν.

29. συγκεχρωσμένα] Pulchrum hoc uerbum est, tum raritate (non memini enim apud alios legisse) tum significatione. uidetur autem idem significare quod συσσωματοῦσθαι, ut ita dicam, hoc est concorporari, in unam & eandem corporis essentiam redigi (nam χρὼς χρωτὸς corpus est) ut aqua & farina subigendo in unam massam uniuntur. Præsens huius participij uidetur συγχρόω, inusitatum.

33. πεσυσάμενον] Passiuè accipitur: quod rarum est in aoristis medijs. Ibidem pro ὃν γὰρ, lego καὶ γὰρ, uel ὅτι ὃν γάρ.

37. Post πρόνοιαν deest uerbum quod accusatiuum illum regat, ἀντέχῃ, uel ὠφελεῖ τὰ, uel διοικῇ, uel aliud simile.
Ibidem post τῶν δὲ, adde τῶν.

39. αὐθαίρετον καὶ τῶν ἀρετῶν] Plerique ueterum Græcorum nimium uidentur tribuere libertati arbitrij: nimirum quòd ex philosophia eam opinionem sibi retinuissent. Augustinus, utpote exercitatus à Pelagianis, multò circumspectius de eo disseruit. Dominus in Euangelio dixit, Sine me nihil potestis facere. Et Paulus, Non sumus idonei ex nobis ipsis cogitare bonum, &c.

26.3. Quæ de angelis uirginum amatoribus dicit, cautè legenda sunt. Nam quæ Moses de filijs Dei, id est religiosis hominibus, aut saltem prognatis ex pijs, qui se matrimonio iunxerant cum puellis impijs (unde נְפִלִים gigantes, prognati sunt) scribit Gen. 6, ipse ad Angelos transfert, qui alicubi in Scripturis filij Dei nuncupantur.

11. διαλαβήσομαι] Clarius dixisset διαλαβήσομαι τὴν θείας uel πανφυσικῆς.

12. τὸν ἄρχοντα τῆς ὕλης] Sic & Christus principem huius mundi uocat.

19. οἱ δαίμονες] Lego οἱ γίγαντες.

25. ἀπ' οἴκων δ' ἀπιόντας] Lego ἀπ' οἴκων κατιόντας (uel ἀφικόμενους) ἀπὸ θεῶν. τοὺς δ' δυτυχοῦντας ἄγειν τὸν (τὸ uidetur abundare) πᾶν' ἐλπίδι καὶ δίκαν. ut hactenus sint uerba Euripidis, deinde author subijciat, δυπροφήτευτ' ἂν κακῶς.

35. Lego, φύσεα ποίαν.

38. λόγῳ.

46. ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι] Vide prouerbium, Agi & ferri, apud Erasmum.

27.22. ἐγκόπτουσιν) Huc pertinet quod de Nemorensi uel Aricina Diana scribit Giraldus, cuius sacerdos rex dicebatur. serui de honore decertabant, fugitiui, qui uictimam prior mactasset, alteri quem gladio uicisset, succedebat, &c. Meminit idem Tauricæ Dianæ cui hospites mactabantur: & uirgines etiam Dianæ aliquando mactatas refert. Herodotus libro 2, Gladijs (inquit) frontes concidunt Cares in AEgypto, in festo Isidis: & in alijs quibusdam sacris, fustibus se inuicem cædunt.

24. τοῖς ἀσπαγάλοις) ἀσπαγαλωταὶ μάσιγοι ab Eustathio nominantur Iliad. ξ & ψ. καπικροτοῦντ'

κροφῶν δὲ (φησὶν) ἢ ἀσφαλάλωψ ἢ χρίστων πινῶν φαιρομένων.

30. ἐφ' ἑτόρων] Fortè ἐφ' ἑτόροις. sic enim aliquoties hanc præpositionem cum datiuo construit Athenagoras, hoc sensu, in alicuius honorem.

32. De Neryllino an alius quisquam meminerit nescio.

43. Δύσπαρι] Versus est Homeri: unde Parianos Alexandrum Priami filium, qui alio nomine Paris dicebatur, coluisse suspicor. Est autem Parium ciuitas Asiæ in regione Mysiæ.

28.3. Peluis aureæ Amasidis AEgypti regis historiam prosequitur Herodotus libro secundo.

27. ὠνομακότων αὐτῶν τοῖς νοήμασιν) Lego τοῖς ὀνόμασιν: hoc est, eorum nomina inuadentes, uel subeuntes, nomina aliena sibi usurpantes. nam & suprà pagina 27, similiter hac loquutione utitur author, & similiter de idolis loquens, quorum nomina sibi dæmones usurpant.

36. μέμφι) Datiuis huiusmodi ἵσι, βουσίρει, μέμφι, Herodotus uti solet.

43. ὕστερον) ὕστατον scribo, ex Herodoti codice.

47. οἵτε οὖν ἄλλοι) Videtur uerbum aliquod deesse, ut sensus sit, Ergo & alij quos pro dijs Aegyptij colunt, homines fuerunt, uel potius, reges AEgypti, & postremus eorum Horus.

29.8. ἄρσωας) Lego ἔρσενας Ionica dialecto, qua usus est Herodotus. cuius & hæc sunt, θηλέας pro θηλέας, κατάπερ pro καθάπερ: & ἰοῦν pro ἰὼ in accusatiuo, eiusdem, ni fallor.

14. Post ἀναλεχόμενοι interrogatio signanda est.

15. ζακόρους hîc uocat ipsos sacerdotes. Annotarunt quidam ζάκορον honestiore loco habitum quàm νεωκόρον.

19. Lege ἀνωγημάτων, Ionicè.

20. Sic lege, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἀγορεύεσθαι, ἔξω ἢ τὰ ὀνόματα αὐτέων μοῦνον, νομίζων ταύτας ἀνθρώπους ἴσα περὶ αὐτέων ἐπίστασθαι: & ita subiunge, μὴ πλανᾶσθαι ὡς μυθ. &c.

23. σιωπῶν) Ex coniectura sic lego, συμφωνοῦσι μὴ εἶναι ἄξιον αὐτοῖς γράφειν.

25. Negationem μὴ ante βασιλεῦς reposuerim, perspicuitatis causa.

26. καὶ ὅτι μὴ ἀνθρώποι) Pro μὴ lego ἧσαν: quod & sententiæ conuenit, & constructioni. alioqui enim ad μὴ nihil redditur.

31. Apollodori bibliothecam siue de dijs librum Romæ nûper euulgatum esse audio. Pro μαθήματα lego πάθήματα: quod ex sequentibus tribus aut pluribus locis approbari potest, & res ipsa loquitur.

35. τὴν τυφῶνος ὀπήν) Herodoti codex noster habet, ὡς δὲ τύφοντα ὄμοιόν ὅτι λέγειν. Suspicetur autem aliquis rem turpem & obscœnam, quam aures honestæ uix etiam in profanis rebus nominandam audire sustineãt. Quum Typhon inuentum Osiridis ea dauer (ut refert Plutarchus) in partes XIIII. diuisum discerpsisset: Isis perquirendo singulas reperit, præter pudendam: quæ in fluuium proiecta mox à phagro & oxiryncho piscibus deuorata fuerat. illius igitur loco ad eius similitudinem factum τὸν φαλλὸν consecrauit. cui etiam nunc diem festum AEgyptij celebrant. Hæc ille. hoc autem phallo (aut potius phallo) percuti solitos in sacris illis execrandis AEgyptios probabile est.

38. εἰσὶ δὲ καὶ αὐ ταφαὶ] De Osiridis sepultura eum sentire conijcio.

40. Et deinceps sic lege ex codice Herodoti, ὧν ὡς ἱρῶ ἐν Ἀθηναίης, ὅπισθε τοῦ νηοῦ πάντες ἐχόμενοι τοίχου, καὶ ὧν ὡς τειμένεϊ εἰβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι, λίθινοι· λίμνην τε ὄπην ἐχομένην, λιθίνη κρηπῖδι κεκοσμημένην, καὶ ἐργασμένην δὴ κύκλῳ, μεγάθεϊ, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε ὅσον περ ἂν ἐν Δήλῳ, ἡ τροχοειδὴς καλεομένη. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δεικηλα, &c. quanquam etiam δείκηλον per ε in medio scribi potest.

30.1. καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσίριδος) His uerbis Athenagoras ipse insinuat Herodotum de Osiridis sepulchro sensisse. Memorantur & aliorum deorum sepulchra passim ab Arnobio & alijs. Sepulchrum Olympij Iouis apud uos ostenditur, Tatianus contra Gentes: apud quem & Dionysium in Omphalo sepultum legimus. De diuersis quidem Osiridis sepulchris non pauca tradit Plutarchus in libro de Iside, &c.

3. τὰ δαιδαλεύματα τῶν νεκρῶν ξυλίνα) Vide quæ ex Plutarcho scripsi, suprà ad paginam 13.7.

5. τὸ οὖν ὅσιον ποιοῦμαι, ὄνομα) Iterum de Osiride eum sentire dixerim: cuius & phallum & sepulturam suprà nominare noluit. Vide annotata superius ad pag. 13.7.

9. Lege τῶν δ' ἀνοί.

*H.S. 10. καὶ αὐτὸν Ἰάσονα.) Non est apud Homerum hic accusatiuus Ἰάσονα. nec dubito quin superscriptum ab aliquo fuerit tanquam declaratio pronominis αὐτόν.

13. Lego αὐδῶν τε) χώσατ' &c. Hos uer-

sus Hesiodi in ipsus poematis non reperio.

17. Post φὴ χρῆσι φασεις, sic lego ex codice Pindari, Ανδρ' ἐκ θανάτου νομίσσαι. Ηδη ἑαλωκότα. χερσὶ δ' ἄρα κρονίωνος Ρίψας, &c. Locus est in Pythijs, Carmine 3, in quem scholia Græca leget cui uacabit.

21. Malim Ω χρυσὲ δεξίωμα, ut alij legunt, locum hunc citantes.

*H.S.22. Ως ὅτε] Particula ὡς in exempl. non est. eam, quòd necessaria esset, addidi ex alijs authoribus qui eosdem citant uersus. apud quos etiam δεξίωμα legitur, non ἀξίωμα. quod tamen retinui, non quin illam lectionem hac meliorem iudicarem: sed quòd hæc non penitus displiceret.

23. οὐ πᾶσιν ἀνθρώποισιν, ὁ Φίλος πατήρ. Versus sunt Euripidis, quos & Stobæus recitat in Laude diuitiarum, cum alijs pluribus.

26. τίμι] Lego τὶ δῆ, uel τίμι δῆ.

30. De Ino uel Inone, & Melicerte seu Palæmone lege Onomasticon nostrum, & Eustathium in Odysseę.

34. ὡς, lego οἱ.

35. De Derceto uel Decertone est quod legas in Onomastico nostro. De Syria dea Luciani libellus extat.

31.1. Lege δεκάτην γῆν, ut sint duo nomina tiui.

Versibus 5.6.7. Γαίης τέκνα φέριστα καὶ ἀρανῶ ὑψηκάλεσαν Ανθρωποι, Γαίης τε καὶ Οὐρανῶ ὄνομα θέντο, οὕνεκα οἱ πρῶφέρεσσι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.

12. De Antinoi cultu apud Romanos, & sacratis ei lucis, Theophilus etiam & Tatianus mentionem faciunt: & nos in annotationibus in Tatianum multa diximus, pag. 371. editionis apud nos excusæ.

15. Κρῆτος ἀεὶ ψεύσαι) Versus sunt Callimachi in hymno Iouis, qui hodieq; extat. secundus integer erit si addas, ἐσσὶ γὰρ αἰέν. Adi scholiasten Callimachi super his uersibus: & prouerbium in Chiliadibus Erasmi, Cretiza cum Cretensi. Epimenidis uersiculum diuus Paulus citat, Κρῆτος ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Sic & Hesiodus in Theogonia, Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον, Musis sic alloquentibus pastores.

22. ὁ γεννητὸς) Lege, ὁ ἀγέννητος, uel ὁ μὴ γενητός.

26. Lege οἱ ἔρωτες.

29. ὧν τὸ σεμνότερον πρὸς αὐτῶν) Simili argumento usus est superius à sacerdotibus AEgypti, qui & ipsi deos mortales faciunt.

38. νομίζοιεν) Melius νομίζοιντο.

†H.S.32.9. ὑμᾶς μὲν οὖν) Puto legendum ὑμῖν, ut sit σὺ οἶδας ἀκριβολογῆσθαι ἐμαυτῷ ὑμῖν. id est πρὸς ὑμᾶς. nam si post ἐμαυτῷ, futurum νομίσετε aut aliquod huiusmodi ponamus, palàm pronomine composito pro simplici abutemur, dicitur enim σὺ οἶδας ἀκριβολογῆσθαι ἐμαυτῷ, at σὺ οἶδατε ἀκριβολογῆσθαι ἐμέ. Quanquam miror cur non potius dixerit Athenagoras, σὺ οἶδας ἀκριβολογημένῳ, quàm σὺ οἶδας ἀκριβολογῆσθαι ἐμαυτῷ. est enim illud genus loquendi elegantius quàm hoc.

10. Post ἐμαυτῷ uidetur deesse uerbum νομίσετε, aut simile, sequente commate, & mox legendum, σωφρονοῦσι πάντας ὑπερφρονοῦντος. ὃς γὰρ ὁ βίος. &c.

13. Lego ἑκάς.

22. Lego, καὶ τ' ἐντεῦθα.

25. μετὰ θεοῦ καὶ σὺν θεῷ) An pleonasmus hîc est, an μετὰ θεοῦ simpliciter apud Deum significat? σὺν θεῷ uerò, Deo adiuuante? an σὺν præpositio maiorem coniunctionem & ueluti unionem quàm μετὰ insinuat?

27. Pro ἢ lego ἀ.

41. καὶ γὰρ ἔσχε τὴν θυγατρὶ) Alij non cum filia Thyesten, sed cum fratris uxore concubuisse dicunt. Vide Onomasticon nostrum. Quæ ibidem sequuntur, Βασιλεῦς ἐθέλων καὶ Θυέστης ἐκδικηθῆναι, nescio quomodo commodè reddam.

46. Pro τὸ lego ζ.

33.5. δεσπότια.

7. ἀντοὺς καὶ τοὺς πέλας) Pro καὶ lego πρός.

14. ἡμῖν λέγοντος τ' λόγου) Hæc citatio uidetur tantum sacræ scripturæ aut ipsius Filij Dei uerbis conuenire: quis autem horum uerborum sit author, iam non inuenio.

24. Αμητὸς proparoxyt. messem interpretantur, hoc est ipsas fruges: oxytonum uerò tempus messis.

33. Lege, ὁ γὰρ γ' μελέτης.

35. ὁ γὰρ δ' σύτος) Atqui coniugium institutum est, teste Paulo, non modo ad procreandos liberos, sed etiam ad uitandam scortationem. Idem satius esse docet matrimonium contrahere quàm uri. Et uetustas concubitum cum uxore legitima (siue secunda siue tertia) castitatem appellauit. Fieri potest ut ab Encratitis uel Tatiano, qui & ipse doctrinam suam sub Antonino philosopho sparsit, hæc inserta sint.

*H.S.30. πάνακεια λυμμένως malim aduerbialiter. ut dicitur ἀπαναλύπως, pro Palam, Manifestè.

40. τῶν χείρα τ' θεοῦ) Hoc est τῶν πλασμ<u>ά</u>των ἢ κτίσεως

ἄκτίσιν θεῦ. sequente pagina, χεῖρα καὶ γνώμλω θεῦ nominat.

42.1. Pro ᾧ fortè legendum καὶ. Rara quidem est hæc loquutio, λύειν τὶ πρός τι, pro ἀπό τινος.

45. ἢ πέρυσι τῶν σώφρονα] Subaudi, monet uel arguit. Speciem habet prouerbij quod est Sus Mineruam. Vsus eius esse poterit, ubicunq; improbi homines bonos ex suo animo suisque moribus metiuntur, aut immerentes uituperant. Erasmus in suis Chiliadibus non obseruauit.

*H. S. 34.3. ἀβρωνες γὰρ ἄβρωσι) Alludit ad D. Pauli locum.

5. ἀπμοῶτος) Ab ἀπμόω, sed receptius est ἀπμάω.

7. ὅτι ἢ) Lego ὅτι γε.

11. οἱ δίκῃ ἰχθύων ζῶντων) Alludit ad uersus Hesiodi lib. 1. Operum, ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς ποτήνοις. Ἔδμεν ἀλλήλους (νόμον δ' ἔσαν) ἐπεὶ οὐ δίκη ἔστιν ἐν αὐτοῖς.

17. Pro αὐτοὺς fortè ἄλλους reponendum.

25. ὁ δὲ ὑστερος) Addo φύδοντα.

33. Malim, τίς ἐχθρῶν πόλεμον συνάψας τὰς δ' ὅπλων, &c.

†H. S. Ibidem. τίς ἐχὶ τῶν πολεμοσύνης) Idem ualet τῶν πολεμοσυνῆς, ac τῶν πολεμοσυνάων. Siue autem dicas ἔστό μοι δὴ πολεμοσύναον, siue τῶν πολεμοσύνάων (ut dicitur ἔστό δὴ τῶν ἀδυνάτων) perinde est. Aut igitur mutanda non est hæc lectio, τίς ἐχὶ, Aut, si mutetur, hæc loquendi per genitiuum forma retinenda est.

35.24. ἢ) Lego ἦ, præcedente commate, ut sit una periodus usque ad ἐκ δὲ τῶν νοητῶν. ubi sic lego, ἐκ δὲ τῶν νοητῶν οὐδὲν κωλύει, τὴν μὲν Πυθαγόραν καὶ τὴν Πλάτωνα. De Platonis sententia lege Eusebium De præpar. Euang. 11. 18. Quòd si atomi rerum principia sunt, ueluti incorporea, νοητὰ καὶ λόγῳ θεωρητὰ μόνον, & horum dissipatione interire mundus, & rursus coagmentatione nouus exoriri potest, cur non singulorum etiam corpora noua oriri & resurgere possent? Quòd si etiam alia statuantur principia, homœomeriæ, elementa quatuor, si mundus poterit nouus ex eis coalescere, eadem & de singulis corporibus fuerit ratio, aut ut nihil tale circa mundum eueniat, poterunt tamen singula ex quibus constituta sunt initio, in eadem q; resoluta, denuo ex ijsdem principijs renasci. Plato mihi uidetur (inquit Iustinus) etiam de resurrectione sententiam, à Gentibus minimè creditam, à Prophetis didicisse. in eo enim quod affirmauit animam unà cum corpore iudicari, nihil aliud insinuauit, quàm si sententiæ de resurrectione astipularetur.

41. Lego ἀπαλέχηται.

42. καὶ redundat.

Ibidem. πάντων ὑποχειρίων γιγνομένων) Poterat & ὑποχειρίων legi, hoc sensu, ut omnes homines uobis subijciantur, uel omnes hostes uestri in potestatem uestram ueniant, ἐπίχειρον quidem uel ὑπόχειρον, mercedem, præmium & manupretium significat.

43. Lego ἡμῶν per η.

FINIS.

H. STEPHANVS P. NANNIO. S. D.

ANNVS agitur septimus, Nanni, quum ego ex Britannia rediens, uestram Louaniensem Academiam & te eius columen celeberrimum inuisi: à quo tempore mihi non iam de nomine duntaxat, sed etiam de facie notus esse cœpisti. Ibi cum de alijs scriptoribus δυσευρέτοις, tum de Athenagora orto sermone, quam de illius exemplaribus spem tibi quidam eripuerant (suum solum in uniuersa Europa antigraphum extare dicentes) memini me non sine magna tua uoluptate reddere. Iam enim alterũ exemplar de illius resurrectione libelli reperisse me, insuper uerò de tertio sperare etiã audere aiebam. Tuum uerò gaudium eo quem paulò pòst attuli nuntio de inuenta altera eiusdem Athenagoræ oratione, cumulasse me recordor. Cuius itidem unum præterea exemplar nancisci, non solùm in uotis, sed in spe etiam mihi esse dicebam. Iam uide Nanni quàm non inanis illa fuerit. Vtriusque orationis exemplar unum, ultra iam inuenta, in manus meas peruenit. Orationis De resurrectione antigraphum in regis Gallorum bibliotheca offendi, quæ est non extra Europam, sed in pago Calliroe Parisus uicino: alterius autem exemplar Romæ Guilielmus Sirletus uir doctissimus mihi ostendit, & eius copiam perlibenliter fecit. Nunc utranque ad te mitto, ex mea editione: si non ut uolui, certè ut potui emendatam. Atque utinam nulli mendosiores libri essent, Huius authoris stylum hyperbatis plenum postquam tandem mihi familiarem reddidi, in hac mea editione positis passim parentheseωs notis, uiam lectoribus straui, & aditum ad quosdam locos, qui mihi difficillimus fuerat, illis facillimum effeci. Quas habebam coniecturas in multos prioris orationis locos, in unum collectas ad calcem libri reijciendas putabam: quia, meo more, nimium religiosus in sequendis meis exemplaribus, quàm temerarius in ijs corrigẽdis esse malebã. Sed Gesnerus (ille literariorum laborum Atlas) in suis annotationibus me hoc onere leuauit. Sunt tamen quæ addenda illis existimem, nonnulla. Quinetiam in libellum De resurrectione alicubi meas coniecturas protuli, necnon aliquot locis (quos fortè inter legendas operarum nostrarum formas consideraueram) in tuam interpretationem familiariter & liberè inquisiui. Quod quanto cum fructu fecerim, nescio: illud quidem certè poetæ Græci uerbum uerissimum esse scio, σύν τε δὴ ἐρχομένῳ. Vale. Ex typographeio nostro. X. Cal. Iun.

HENRICI STEPHANI TYPOGRAPHI ANNOTATIONES in Athenagoræ philosophi Christiani orationem De resurrectione mortuorum.

PAG. 40. vers. 26. τοῖς ἀκολάστοις κεχαρισμένον] Infrà pag. 57. τὸ τοῖς ἀκολάστοις καὶ λάγνοις φίλον, φαγωμεν. &c.

42.29. τὴν μηδικὴν τράπεζαν ἐκείνην] Hoc, ut opinor, referendum est ad historiam illam quam narrat primo libro Herodotus, de Harpago qui filij sui membra ab Astyage apposita imprudens comedit.

43.30. τρίτης δὲ κατὰ τὴν ἑκάστου ζώου τροφὴν γενομένης] Puto legendum γινομένης. ut pag. 45. uer. 7. γινομένων pro γενομένων. Hîc præterea non malè fortasse ante κατὰ adatur ἐν.

44. τὸν πολὴν ἐκεῖνον ὄγκον ἐπεισαχθέντα) Ferri utcunque potest hoc participium ἐπεισαχθέντα ab ἐπεισάγομαι. sed, aut ualde fallor, aut scriptum reliquit Athenagoras ἐπεισαχθέντα per ι non ει, ab ἐπισάττομαι. significat enim ἐπισάττομαι non solùm Sternor, Insternor: sed etiam Accumulor. unde ἐπισαχθεὶς uel ἐπισεσαγμένος. Accumulatus, Congestus. ut ita hîc interpretemur, Et magnam illam molem ad saburrandum uentrem congestam. Suum tamen cuiq; hîc relinquo iudicium. tolerari enim potest, uti, dixi etiam nostra lectio.

44.16. μεταβεβληκὼς) Antea legebatur μεταβεβηκὼς. sed certior illa lectio ex nomine μεταβολὴ, quo toties hac in re utitur, & participijs μεταβληθεῖσαν & συμμεταβαλλομένων, quæ proximè sequenti pagina usurpat.

31. (προσειρήσθω δὲ οὖν συνηθέστερον) καὶ περ.) Id est. Ita enim, consuetudinem sequendo, appellet. At tu uertis Nanni, Adijciat quoq; id usitatũ esse. longè, ni fallor, à sententia authoris discedens, & magnã etiam uerbo προσειρήσθω uim afferens. Nam προσερεῖν (sicut & προσειπεῖν & προσαγορεύειν) nõ significat Adijcere, sed Compellare, Appellare. Vnde & pag. 43. προσρήματος, appellationis, ὀνομασίας: non autem adiectionis siue additionis significat. Deinde προσειρήσθω passiuam & terminationem & significationem habet: adeo ut Latinè quoq; tibi passiuo uerbo utendum fuerit. Sed fortasse non animaduersa parenthesis tibi imposuit.

45.46. μέρεσι καὶ μορίοις) In superiori editione legitur, μέρεσι καὶ χωρίοις.) At illam lectionem comprobant cum alij loci, tum qui sunt pag. 41 & 45 & 53.

46.17. μὴ μιζοθήροις) Antea legebatur μὴν μισοθήροις. quam lectionem in tua interpretatione sequutus es, quum hanc, ut suspicor, non inuenisses. quæ si tibi, ut & mihi, magis placuerit, interpretationẽ tuam mutare poteris.

48. οὐδὲ γὰρ ἔσται] In margine prioris editionis adnotatum est, τὸ γὰρ πρέλκει. sed adnotatum, opinor, ὄναρ οὐκ ὕπερ.

48.16. καὶ πραφθορᾶς] In priori editione habet καὶ ὑπαραφθορᾶς. in ueteri codice πρὰ φθορᾶς. Lectionem illam prætuli, sed υ sublata, ob omnino similem eiusdem uocabuli usum in hoc libello.

50.3. τρύτοις) συνδιαιωνίζωσιν) Videtur potius impedimento quàm adiumento huic loco esse particula δὲ. Porrò gaudet hoc uerbo συνδιαιωνίζειν Athenagoras: utitur enim & infrà pag. 53, item 62.

51.29. ὅθεν οἶμαι χρῆναι δίκαιον) In ueteri codice legitur χρῆν. at ego non dubito quin author scripserit ἦν, per parenthesin οἶμαι addens, ut ferè solet. Id est, Vnde (opinor) par erat. Nisi fortè legamus, ὅθεν οἶμαι εἶναι δίκαιον. sed mihi non placet.

41. οὐχ ὡς τῇ τάξει δευτερεύουσαν) Prior editio negatiuam particulam non habet, quam ex ueteri codice posui: ut pro καὶ μάλιστα συνυπάρχουσιν, κἂν ὅτι μάλιστα συνυπάρχωσιν. Non quidem, inquit, quòd ordine sit posterior: sed quia &c.

52.2. πᾶσαν ἐπείρησαν αἰτίαν) Non uideo quomodo ferri uerbum ἐπείρησαν possit: sed nec ἐπεχείρησαν in eius locum reponi quî possit, satis perspicio. quod legisse tamen uideris.

9. μηδ' ἀνίστασθαι. Hæc quæ sequuntur uerba, τουτέστι τοὺς κομιδῆ νέους παῖδας· ἐξὸν δὲ πάντας ἀνίστασθαι, in priori editione deerant. ego pro δὲ, legendum aut δὴ aut γε existimo. alioqui perperam suspensa sententia maneret.

12. δικαιοῦσιν) Aliam huius uerbi interpretationem desidero. Ais enim, Ipsi quoque æquum censent ut non ob iudicium resurrectio fiat. Quasi uerò Deus ex eorum pendeat iudicio, quid illi æquum esse uel non esse censeant, respiciat. Et, ut nihil ab-

surdi ex hac interpretatione sequeretur, dicendum esset δικαιοῦσιν οὐ γίνεσθαι, uel potius δικαιοῦσι μὴ γίνεσθαι. Sed in hoc genere loquendi locum haberet ἀξιοῦσι; an item δικαιοῦσι habere possit, nescio. Quare δικαιοῦσι puto uertendum Probant, quasi διὰ δικαιωμάτων. δικαιώματα enim latè aliquando pro quibusuis probationibus accipi, satis notum esse potest.

20. καὶ πρός γε τῶν ἄλλων) Vertis, & inter reliqua. at πρὸς cum genitiuo id significare nullo modo queat: imò ne aliam, quidem ullam huic loco aptam habere potest significationem. unde fit ut legam πρό γε τῶν ἄλλων, id est Ante alia.

53.5. καὶ διαλυθέντων) Hæ uoces in priori editione non erant: quæ tamen uidentur esse necessariæ.

35. κατὰ τὴν ἰδίαν] γράφεται οἰκείαν.

38. λογιζόμενοι) γράφεται λογιζόμενος. Quæ lectio mihi magis placet. ut sit ξενιζέσθω μηδεὶς, λογιζόμενος ὡς. &c.

39. τὸ μέτρον) Malim uertere Mensuram, quàm Modum. etsi Modus pro Mensura etiam accipitur. sed uitandam esse in interpretatione ambiguitatem, optimè nosti. Quæ sequuntur in tua translatione uerba, non inueni quomodo distinguenda essent: ista, Nec mirum, quum non una sit rerum perdurantium natura: unumquodq; enim pro sua natura perdurationem habet: non inueneris in purè incorruptilibus & immortalibus parem istiusmodi perdurationem. Hæc enim uerba non satis aptè cum præcedentibus colligari uidentur. at sublatis ijs quæ de tuo addidisti, optimè cohærebunt, hoc modo, Neque unam esse perdurandi mensuram: quia ne perdurantium quidem rerum una est natura. Si enim secundum propriam naturam unumquodq; perdurantium habet perdurationem, non inueneris &c.

46. ἅτε δὴ τῶν μὲν). Valde me turbauit hîc tua interpretatio, cuius neque per se, neque cum Græcis uerbis collatæ sententiam probabilem inuenire potui. nam quum dicat Athenagoras τῶν μὲν, & τῶν δὲ, nimirum τῶν μὲν καθαρῶς ἀφθάρτων καὶ ἀθανάτων, deinde τῶν δὲ ἀνθρώπων. tu hæc duo & horum duorum ingens discrimen confundis, & quæ duabus diuersis tribuuntur naturis, tu uni humanæ tribuis. Considera diligenter hunc locum obsecro, & uide an non hæc uera sit eius interpretatio, Vtpote quum illæ incorruptibiles naturæ, ab initio immortales creatæ sint, & sola creatoris uoluntate sine fine permaneãt: homines autem, secundum animam quidem, iam inde à creatione habeant mutationis expertam perdurationem: at secundum corpus ex ipsa immutatione incorruptibilitatem assumant. Hanc eandem distinctionem apertè etiam declarant quæ sequuntur, ubi ait, Ad resurrectionem respicientes, & corporis dissolutionem (ut quæ hanc uitam consequatur, egestati & corruptioni obnoxiam) expectamus: & post eam, corruptionis nesciam perdurationem speramus. Adeo ut neque brutorum morti hominum mortem, nec immortalium perdurationi hominum perdurationem assimilemus.

54.11. ὠθὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων δαμονὴν] Ex accusatiuo genitiuum faciendum puto: ut legatur, ὠθὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων δαμονῆς. at contrà alibi hæc præpositio genitiuum pro accusatiuo habere mihi uisa est.

21. ἀδελφὸν τοῦ θανάτου τὸν ὕπνον ὀνομάζουσιν] Vide in præcedenti oratione pag. 13, uers. 9 & 10, ὕπνω καὶ θανάτω διδυμάονε.

25. ἕνεκά γε τῆς ἠρεμίας) interpretaris, Ratione quietis. quasi ἕνεκα τῆς ἠρεμίας idem esset quod διὰ τὴν ἠρεμίαν, aut τοῦ λόγῳ τῆς ἠρεμίας. quum uelut restrictionem quandam denotet: quasi diceret, non usquequaque similia, sed in ijs tantùm quæ ad quietem spectant. Malim igitur, Quantum quidem ad quietem attinet. uel, Quietis quidem respectu. uel Quatenus quidem ambo quiescunt, & nihil. &c. Sed & illud non placet quod quum hîc bellè procedant omnia ex ijs quę in contextu Græco habentur uerbis, tu de tuo nescio quæ addideris.

56.5. καὶ πρὸς ὃ πέφυκεν ἃ χρή. οὐ γὰρ οἶμαι) Me torsit hic locus, & in eo immoratus sum aliquandiu: sed grande pretium moræ tandem me reportasse existimo. Nam hæ duæ particulæ ἃ χρὴ quid sibi uolunt? quid aliud quàm sententiam alioqui manifestam perturbant? Deinde ista loquutio, οὐ γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας τὸ ἐθέλειν, qualis erit, & quid significabit? Certè nihil aliud sonare potest, οὗτος φιλοτιμίας ἐστὶ, quàm οὗτος φιλοτιμίᾳ προσήκει, uel τοῦτο φιλοτίμου ἀνδρὸς, uel οὗτος φιλοτιμῶν ἀνδρῶν ἔργον ἐστί. Hîc igit̃ dicet id οὐκ εἶναι φιλοτιμίας, quod sententia ostendit & ratio etiam docet eum uelle dicere εἶναι φιλοτιμίας. Quid enim aliud, οὐ γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας (sub. εἶναι) significare possit? At tu quũ absurditatẽ sequi ex hac particula negatiua animaduerteres, prudenter eam reiecisti: sicut & ἃ χρὴ, quæ sententiam præcedentem

dentem impediebant. Sed quid tu pro illis? Nihil. At ego articulum ἃ reijcio, uerbum χρὴ respuo, negatiuam οὐ repudio: uerùm literas omnes, harum particularum, prærer unam, seruo. & ex tribus uocibus unam, literis seruatis & earum ordine, compono: ex ἃ χρὴ οὐ faciens ἀχρείου. ut post πέφυκεν notetur τελεία σιγκὴ, deinde legatur, ἀχρείου γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας τὸ &c. Id est, Inutilis enim ambitionis esse puto, uelle, &c. aut, uanæ ambitionis. Aut commutata forma loquendi, Inutiliter enim, uel, Intempestiuè enim ambitiosi hominis fuerit, uelle. &c. Vides quàm parua sit mutatio ex ἃ χρὴ οὐ in ἀχρείου. animaduertis quàm bene fluat oratio cum hac uoce: quæ quàm usitata sit in hoc sensu passim apud authores, non ignoras. Sed & ex hoc ipso scriptore si testimoium requiris, habes locum pag. 40, οὐκ ἀχρεῖον φαίνεται. Pro quo etiam sæpe dicunt Græci, οὐκ ἄκαιρον φαίνεται, quo modo & Latini, Non intempestiuum uidetur. Quid igitur superest? quid uerò aliud quàm ut hanc emendationem approbes? Ac ne putes apud Athenagoram solum huiusmodi menda reperiri. tale est apud Diogenem Laertium in uulgata editione πρὸς μὲν ὃν pro προσμένον. & contra apud Strabonem, ῥιοχάρος ποταμὸς, pro ῥεῖ ὀχάρος ποταμός. Et hæc quidem quasi ἐξ ὑπομέτρου habe.

6. τὸ κατάνειν ἢ διαιρεῖν νῦν.) Quum mihi aliquantum negotij exhibuisset superioris loci difficultas, utpote turpiter deprauati: eã excepit hæc non minor, imò uerò multò maior, ob errorem quem initio quidem inextricabilem esse credebam: ex eo tamen, ni fallor. me extricaui, & nunc alios itidem extricabo. Igitur quum uiderem ex ueteri codice adnotatum esse κατάγειν, initio de hoc loco minus laborare, & tanquam aliquid adiumenti ad eum intelligendum allatura illa esset lectio, minus anxius esse cœpi. Sed tandem comperi nihil differre scriptam lectionem ab impressa: nisi quòd hæc nihil prorsus significaret, illa autem significaret quidem aliquid, sed quod longè à sententia nostri authoris remotum esset. Tunc id quo me in alijs locis usum memineram remedium, huic quoque adhibendum censui: & an ex duabus malis lectionibus bona una confici posset, tentaui. sed hoc non processit, nihil enim aliud quàm κατάγνειν, ita efficiebatur. Quum hac non succederet, alia aggressus sum uia, & aliquam de meo literam addendam esse cogitaui. Adita ergo literam feci καταγνύειν, tale quid apud Platonem esse putans. Qua de re quum ambigerem, etiam de lectione ea ambigebam: donec tandem in eum quem quærebam Platonis locum incidi. is est in Phædro: ubi ait Socrates oportere in disputando de re qualibet τὸ κατ' εἴδη διατέμνειν κατ' ἄρθρα ἢ πέφυκε, καὶ μὴ ὑπιχειρεῖν καταγνῦναι μέρος μηδὲν, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον. Quinetiam ex abundanti locum Ciceronis illic libri mei margini adscriptum reperi, in quo apertè ad hunc Platonis locum allusit. is est in 2. De finibus, ubi cupiditatum diuisionem quam Torquatus libro primo posuerat, reprehendens, ait, Quomodo autem philosophus loquitur tria genera cupiditatum, naturales & necessarias: naturales, non necessarias: nec naturales, nec necessarias? Primùm diuisit ineleganter. duo enim genera quæ erant, fecit tria. hoc est non diuidere sed frangere rem. Qui si diceret. &c. Quid aliud sonant apud Ciceronem hæc duo uerba, Diuidere, Frangere, quàm apud nostrum Athenagoram καταγνύειν, διαιρεῖν? nónne eadem in re utrobique usurpata? Opus enim habent (inquit Athenagoras) quæcunque creata sunt, sui creatoris cura: singula autem peculiariter, secundum quod & ad quod à natura edita fuerunt. Inutilis enim ambitio, & uana quædam doctrinæ ostentatio eius fuerit qui nunc frangere, aut diuidere, aut sigillatim quid cuiq; naturæ accommodatum sit, recensere uoluerit. Sed ad probandam tibi cæterísque doctis uiris meam de hoc loco coniecturam nihil fortasse tot uerbis opus erat.

15. ὧν ἔσσον] Pro ἔσσον hîc ἔσσον reposui, sine mei exemplaris authoritate, cuius lectio, opinor, inter conferendum, aures meas præteruolarat. sed quin ita legendum sit, nemini dubium esse potest, quum referatur ad συναμφότερον. hæc autem quæ sequuntur uerba, λέγω δὴ συναμφότερον, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον, parenthesi inclusisse debueram. ut & in tua interpretatione feci.

19. εἰ δὲ κατὰ τοῦ συναμφοτέρου] Hoc est initium periodi (si periodus uocãda est) quam claudit paginæ præsentis uersus 48. adeo ut ad illa usque uerba, εἴτε ἀγαθὰ, εἴτε κακὰ, suspendatur. Ex tam longo & sinuoso hyperbato ut facilè se expedire posset lector, diligenter parentheses notaui suis locis. At in tua interpretatione eas notare eodem modo non potui, quia quam noster scriptor per tam longum spatium protrahit periodum

dum, tu aliquot in locis abscindis. Ego omissis omnibus ijs quæ per parenthesin addita sunt, huic orationi pro sinnuoso, ut dixi, hyperbato, rectum cursum dabo, hoc modo, εἰ δὲ κατὰ τὸ συναμφοτέρου φέρει τὴν ὑπὲρ τοῖς εἰργασμένοις δίκην ἡ δικαία κρίσις, καὶ μήτε τὴν ψυχὴν μόνην δεῖ κομίζασθαι τὰ ἐπίχειρα τῶν μετὰ τοῦ σώματος εἰργασμένων, μήτε τὸ σῶμα μόνον· ὁ δὲ ἐκ τούτων ἄνθρωπος τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰργασμένων αὐτὸς δέχεται κρίσιν· οὗτος δὲ οὔτε κατὰ τὴν δὲ τὴν ζωὴν εὑρίσκει συμβαῖνον ὁ λόγος, οὔτε δὲ μετὰ θάνατον· εὔδηλον παντὶ τὸ λειπόμενον, ὅτι δεῖ. &c. Libet etiam meo modo hæc interpretari, his uerbis, Quòd si aduersus utrunque simul (hominem, ex utroque, anima & corpore compositum) iustum iudicium (Dei) statuit retributionem eorum quæ fecit: & neque animæ soli rependi oportet ea quæ fecit unà cum corpore, neque corpori soli: homo autem ex ambobus his conflatus, singulorum factorum iudicium subit: iam uerò hoc neque in hac uita, neque post mortem fieri ratio euincit: Equidem manifestum est omnibus id quod consequitur, nimirum esse necesse secundum Apostolum, ut &c.

30. διὰ δὲ τὸ πολλοὺς] Omnino legendum est διαὶ γε aut διά τε. Quarum uocum utramlibet posuerimus, ad ornatum aliquid, ad sensum nihil faciet. tantundem enim ualet διὰ τὸ, nulla interiecta huiusmodi particula. Simul autem pro hypostigme ponenda fuerit hypodiastole post βίῳ.

40. καὶ μηδὲν ἔτι σώζοντος τὴν πρότερας φυῆς, ἢ μορφῆς, ἤπου γε τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων] Hæc tu ita reddidisti Latinè, Nihilq; iam supersit quod uel ueterem formam uel naturam, imò ne memoriam quidem eorum quæ facta sunt retineat. Quum autem ita uertis, planè orationem non sine periculo inuertis, quasi uidelicet legeretur, καὶ μηδενὸς ἔτι σώζοντος τὴν πρότεραν φυὴν, ἢ μορφὴν. Deinde non rectè particulam ἤπου Latina uoce Imò interpretaris: ac uim eius si exprimere uolebas, particula Nedum potius utendum erat. Denique ita uertissem ego hunc locum, Nihilq; iam (ipsum corpus) ex pristina natura uel forma, nedum memoriam rerum actarum, seruet.

57. 9. ἢ πολὺ τούτων ἀσφαλέστερον, τὸ δοξάζειν] Id est, An multo tutius est, existimare. At tu ita uertis quasi legeretur, ἢ τὸ τούτων πολὺ ἀσφαλέστερον, δοξαστέον, inuertens uerba. sic enim interpretaris, An quod multo certius est, existimandum. Non enim statuit sed quærit an statui debeat tanquam certius.

16. οἱ τὰ πάθη δουλαγωγοῦντες] Voce Diui Pauli elegantissima & significantissima utitur.

A me dum hi libelli excuderentur, Nanni, artificum nostrorum quotidiana opera examinante, hæc obiter animaduertebantur: aliaq; nonnulla, quæ, quòd ijs locus in hoc ternione non sit, omitto. In istis si perspicax fui, est quod gaudeam: si parum uidi. non est tamen quòd reprehensionem reformidem: quia nihil neque in Græcis neque in Latinis, ex meo sensu, immutaui, sed omnia integra & tuo et aliorum doctorum hominum iudicio seruaui.

FINIS.

ΑΙΝΑΙΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ, ΗΤΟΙ ΠΕΡΙ ΑΘΑΝΑΣΙΑΣ ΨΥΧΩΝ ΚΑΙ ΑΝΑΣΤΑΞΕΩΣ ΣΩΜΑΤΩΝ, ΔΙΑΛΟΓΟΣ.

AENEAE GAZAEI PLATONICI, PHILOSOPHI CHRISTIANI THEOPHRASTVS, SIVE DE ANIMARVM IMMORTALITATE, ET CORPORVM RESVRRECTIONE DIAlogus, è Græco in sermonem Latinum conuersus, Ioanne Vuolphio Tigurino interprete.

Αἰνείου πόνος οὗτος, ὃς ἔξοχος ἀπίδι μούσῃ,
Ῥήτορος ἐκ γεγαώς, καὶ θεωτέροις ἐνὶ μύθοις,
Τοὺς νῦν καὶ τοὺς πρός θε πρέσβαμεν ὡς τόδε γράμμα
Ατρεκέως ἤλεγξε. μηκέτι πικυνὴ *
Γάζα μέγα φρονέοις, ὅτι τοίου πατρὶς ἐτύχθης,
ὅστις καὶ ῥητῆρ' Ἐπιφανίου ἐζεδίδαξεν.

Exemplar Græcum suppeditabat nobilis bibliotheca Reipublicæ Augustanæ Vindelicorum.



PER ANDREAM GESNERVM F.
M. D. LIX.

(Zürich.)

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

I. Οτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων πεοβιοτή.

II. Ελεγχος τῆς πρ' ἕλλησι λογομαχίας.

III. Οτι οὐ μεταβαίνει εἰς ἄλλους ἀνθρώπους, καὶ ἄλογα ζῶα ἡ ἀνθρωπεία ψυχή. καὶ περὶ πεονοίας.

IIII. Διὰ τὶ τῶν τικτομένων τὰ πάθη.

V. Οτι χρήσιμον τῆς τελευτῆς τὸ διάφορον.

VI. Οτι γίγνονται καὶ ἀθάνατοι αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί.

VII. Οτι πεπερασμέναι καὶ οὐκ ἀπέραντοι. καὶ περὶ κόσμου γενέσεως. καὶ τῆς πεὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆς. Καὶ ὅτι οὐ πολλὰ ἅμα σώματα τῆς μιᾶς ψυχῆς, ἀλλ' ἐν. ὃ καὶ ἀνίσταται καὶ ἀθανασίας μεταλαγχάνει.

VIII. Διὰ τὶ μὴ καὶ τῶν ἀλόγων ἀνάστασις γίγνεται.

IX. Οτι ἡ ἂν τῷδε τῷ βίῳ γέγονε πολλάκις νεκρῶν ἀνάστασις, πεὸς ἀπόδειξιν τῆς μελλούσης.

CLARISSIMIS VIRIS, D. HIERONYMO FROBENIO, ET D. NICOLAO

Episcopio, typographis Basilienſibus, Iohannes Vuolphius Tigurinus S. D.

ALIAS me res ſcribere ingreſſum, Viri clariſſ. & ijs libris, quos aliquot ante annos inchoaueram, perficiendis intentum, è curſu ipſo reuocauit uoluntas Conradi Geſneri medici noſtri, atque ueſtra. Cùm enim is pro ſua erga me beneuolentia ſumma ac propè ſingulari, Aeneæ librum hunc ex illa nobili Reip. Auguſtanæ bibliotheca ſibi ſuppeditatum, mihi deſcribendum, anno ſuperiore, conceſsiſſet: uóſque deinceps Philonis ueſtri libris quid potiſsimum adiungendum, ipſe exiſtimaret, rogaſſetis: ille ut hũc ipſum ad ueterem traductionem comparatum atque emendatum uobis darem, me rogauit. Ego uero: tametſi mihi tunc fuiſſet longe alia ſtudij ratio propoſita, atque etiam in multis & uarijs occupantibus meis parum temporis ſupereſſet: tamen & illi uiro doctiſsimo, & de me optime merito, & uobis uiris clariſsimis, præſertim præclaram, reíque publicæ ſalubrem rem petentibus omnino obſequendum duxi. Ac primum quidẽ Græcum exemplar meum cum tranſlatione ueteri contuli, quæq; deerant addidi: deinceps autem cum Baſileam ueniſſem, túque Epiſcopi nouam te traductionem meam, quàm ueterem interpolatam malle, & mihi tunc dixiſſes, & deinceps Tigurum reuerſo, tuis ad me literis ſignificaſſes: etiam in eo ipſo, ut ne tibi roganti deeſſem, operam dedi. Idq; feci eò libentius, quod rerum pariter & uerborum ordo non idem in tranſlatione ueteri ſeruatus eſſet, quem Græcus liber meus haberet: quódque alicubi integra folia, alicubi multi uerſus, interdum uerba quædam deeſſent. Quam mererum confuſionem digerente, deſideratáq; uerba atque folia, ad reſtaurandum & implendum ipſum opus adſcribente: ne quis ſuam ueteri interpreti conuerſionem uel temere mutatam, uel rebus ab ipſo conſultò prætermiſsis auctam, uel etiam deprauatam quereretur: ueſtro conſilio factum eſt, ut ſua illi ſalua manſerit, & ad meum Græcum exemplar facta conuerſio noua habeatur. In qua profectò fateor, me & temporis anguſtia, & negocijs ſubinde nouis ingruentibus impeditum, non quantum uolui, quantúmque fortaſsis, animo magis uacuo, & à negocijs liberiore potuiſſem, præſtitiſſe: auſim tamen hoc uobis polliceri, hunc iam librum, ſi non elegantiorem & faciliorem, ſaltem pleniorem & perfectiorem factum. Nam de mea cõuerſione nihil quicquam dicam, niſi me ſtuduiſſe, ut bona fide Græca redderem Latinis, eáque interdum etiam facerem planiora. Quod ſi conſecutus ſum, non dubium eſt, quin optimis quibuſque gratiſsimum fecerim: ſin aliquod, ſeu ignorantia, ſeu obliuione peccatum ſit commiſſum, equidem admonitus & libenter agnoſcã, & diligenter emendabo. Iſtum enim librum dignum exiſtimo, qui & fideliter & eleganter conuertatur. Quorum alterum ipſe quidem ſtudui, alterum autem, ut neque à propoſita re, neque ab authoris uerbis recederem longius, minus potui præſtare. Spero tamen æquis & alienis ab inuidia animis, uel ipſa uoluntate & ſtudio ſatis factum eſſe. De authore uerò, quis fuerit, quóque tempore uixerit, certi nihil inuenio, ſed ueriſimile tamen exiſtimo, quod Beatus Rhenanus, ex hiſtoria perſecutionis Aphricę, ſub libri finem adducta colligit: eum circa Zenonis & Anaſtaſij tempora floruiſſe. Res autem ipſa, quam hoc libro docet, digna eſt & neceſſaria cognitu, his præſertim tam deperditis moribus & temporibus: quibus plerique mortales, uitam ſic inſtituunt ſuam, ut cœleſtis illius & ſempiternæ uitæ, nulla neq; cura tangi, neque ſpe & fiducia confirmati, ſed hac terrena, quam præſentem habent ſi lauta ac quieta potiri queant, contenti eſſe uideãtur: quibus rurſus aliqui eò proteruiæ & impietatis proceſſere, uti ſibi noſtram illam, licet certiſsimis ac ſolidiſsimis confirmatam argumentis, de ſempiterna poſthanc futura uita, ſpem è medio omnem tollant. Præclaram igitur, & ad hęc tempora aptam, quaſiq; accommodatam operam noſter hic Aeneas nauat: qui non ſolum animas eſſe immortales, uerum etiam corpora, ad ineundam cum animabus ſuis nouam, eamq; ſanctam & ſempiternam ſocietatem, reſurrectura docet. Ac quoniam, ut principibus artis diſſerendi doctoribus & magiſtris placet, quæ ad faciendam fidem pertinent, in confirmationem & in reprehẽſionem diuiduntur, eandem ipſe etiam docendi uiam ac ra-

tionem seruat. Axitheum enim è Syria, quæ prima diuinam hanc doctrinam hauserat, in Aegyptum ad Theophrastum Philosophum Athenienſem ducit, cum quo partes aduersarias defendente, ipse pro ueritate pugnet. Qua in disputatione, quoniam remotis è medio uanis ac falsis opinionibus, tanquam impedimentis, facilis ac plana ad ueritatem uia patet, Theophrasto priores differendi partes attribuuntur: nempe uti is, quod sui erat muneris atque officij. Philosophorum omnium, siue ueterum siue recentium, ut Heracliti, Empedoclis, Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Academicorum, Stoicorum, Aegyptiorũ, Plotini, Numenij, Porphyrij, Iamblichi, & aliorum opiniones cõmemoret. Veluti quod queritur, an hic uiua prius extiterit anima, & post iterum sit uictura: utrum anima humana ex corporib. alijs in alia tam brutorum animantium, quàm hominum commigret: quibus ex causis accidant ijs, qui procreati sunt, perturbationes & arumnæ: quamobrem non idem sit omnibus constitutus mortis terminus, uitæq; finis: multáque generis eiusdem alia. Axitheus autem, cui partes confirmandæ ueritatis sunt attributæ falsas illas, quas Theophrastus retulit, philosophorum opiniones confutans, & ueras ac certas ad confirmandam ueritatem rationes afferens introducitur. Eæ ferè omnes ab optimi maximi patris uoluntate, & sapientia, & potentia deducuntur. Velle enim hoc Deum, ut homo totus reuiuiscat, ac uel æternum uirtutis præmium assequatur, uel commissorum scelerum pœnas sempiternas luat: cùm multa alia, tum uerò maxime hæc ipsa, quæ in rerum gubernatione & conseruatione cernitur, prouidentia, itémque summæ illæ dotes homini concessæ, quasi quædam æternitatis illius indices atque nunciæ, certissime nobis attestantur. Præstare uero opificem illum tanta sapientia, uti possit partes hominis, seu collapsas erigere, seu consumptas restaurare, seu eò unde colectæ fuerãt reuersas rursus inuenire & colligere: argumento sunt artes & scientiæ, & rerum absconditarum atque mirabilium inuentio cognitióque, quas, ut res ipsa comprobat homines non aliunde, quàm ex illo omnis sapientiæ fonte promanantes hauserunt. Eum ipsum etiam habere sese tantam uim atque potentiam, ut mortuis uitam facile reddat, réſque abs se procreatas, perinde ut uelit, aut frangat, aut saluas conseruet: earum quas in cœlo, terra, aquis: itemq; in rerum seminibus, in plantis, in brutis animantibus, in ipsis denique hominibus admirabiliter agit, rerum usu atque obseruatione facillime comprobatur. Quas res Axitheus noster egregie persequens & compluribus argumentis & similibus: & exemplis, & euentis comprobans: tandem exclamat, miruendas atque explodendas esse illas Philosophorum opiniones, quod eas asserendo, plus hominibus uirium atque potentiæ, quàm eorum ipsorum parenti & omnipotenti procreatori Deo tribuatur. His ita ad hunc modum adductis atque explicatis, Theophrastus ille tandem ad agnitionem & confessionem ueritatis adducitur. Quæ ueritatis proponendæ & demonstrandæ ratio, hoc ipso mihi probatur magis, quòd eadem quoque Domino nostro Iesu Christo, illi ipsi nostræ salutis uitæq; uindici, sanctísque eius Apostolis usurpata fuit. Christus enim hac ipsa de re, cum Sadducæis, planè prophano hominum genere, disputans, eorum argumenta primum refellit, & erroris causam in ignoratione sacrarum literarum, & uirtutis, & sapientiæ Dei, monstrat: tum autem argumenta à natura dei petita ad faciendam fidem affert. Eandem autem Paulus Corinthijs suis scribens, uiam demonstrationis sequitur: quando initio, quæ ex opinione contraria consequuntur, absurda commemorat, & deinceps ex sacris literis pariter & ex rerum natura sumptas, ad confirmandam resurrectionis uitæq; sempiternæ spem, rationes solidas affert. In quam sententiam Diuus Augustinus sub finem magni illius de ciuitate dei uoluminis multa scribit. Nec præmittendum est etiam quod Eusebius in libris præparationis Euangelicæ docet, Platonem ex Mose tantum didicisse, ut confiteretur mundi mutationem, resurrectionem, iudicium apud inferos fore. Ac quoniam, ut noster hic Aeneas sub finem sui libri scribit, ipse etiam Plato suis placitis eatenus standum dixit, dum quis ipso sapientior adueniat: sanè quæ Plato confessus est aliquando futura, cum iam ipsa Dei patris sapientia, Christus plenius ac melius doceat expectanda, de ueritate non possumus amplius dubitare. Eodem referendum est etiam quod Athenagoras Athenienſis libro peculiari, & Lactantius in Institutionibus, ex Cicerone & Sibyllis docent. Ex quibus omnibus multísque alijs, quæ ut ne sim longior, prætereo, perspicuum fit, quantum sit huic libro tribuendum, quantíque referat eum ad fidem Græci codicis emendatum, & restitutum, &

iterum

iterum in lucem editum esse. Vobis autem, uiri clarissimi, hunc à me in sermonem Latinum iterum conuersum, eò mitto & dedico: quòd eum uos in illa celeberrima & optimorum librorum feracissima officina uestra, iam antea quoque editum, quasi proprium possidetis: quod uos soli cum paucis, non modo religionem, theologorum ueterum editione, uerùm etiam omnium artium studia, suppeditatis ex officina uestra libris, adiuuatis: quod denique me & ante annos sedecim Francofordiæ, & deinceps Basileæ, quoties isthuc ueni, summa beneuolentia complexi semper estis: ac nuper etiam Origenis libris recens editis donauistis. Quamobrem cum ego ad referendam uobis gratiam plus uoluntatis quàm facultatis habeam: hac dedicatione effectum puto, ut extet uel in illo opusculo, & uestræ erga me beneuolentiæ, & paratæ ad remunerandum uoluntatis meæ memoria quasi sempiterna. Valete. Datæ Tiguro, Calen. Februarij, Anno ab orbe redempto,

M. D. LVIII.

ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΤΑ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ, ΑΞΙΘΕΟΣ ΣΥΡΟΣ, ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

INTERLOCVTORES. AXITHEVS SYRVS. THEOPHRASTVS ATHENIENSIS. AEGYPTVS ALEXANDRINVS.

AEGYPTVS. Quonam tendis, & unde nobis ades Axithee? Axith. A Syris quidem huc aduenio, & ad Athenienses contendebam Aegypte: sed uentus siniſter nauim uiolenter abripuit, atque interrupit nauigationem. Quò fit ut tibi nunc adsim, Nilum quidem non autem Iliſſum, Pharum non Piræum intuens. Aegyptus. Magnam me hercle uento gratiam habeo, qui te ui ſua actum ad amicos aduxerit. Sed obſecro te, num adhuc meminiſti Hierocles & eius, quamis docebat, philoſophiæ: quem nos pueri in philoſophia præceptorem habuimus: quando nobis hoc ipſo, quod mutuum amaremus, permultos amicos conciliabamus? Ego uerò haud ſcio an unquam tantopere doluerim, quàm cùm ipſe multa ac uaria ſapientia repletus & excultus hinc ad Syros tuos diſcedens. Ac longum quidem tempus hoc eſt: ſed tamen amorem in te meum haud quaquam interrupit, magisq; in eodem ipſum, quo te diſcedente fuit, uigore conſeruauit, utut multis annis te nec uiderim, nec uiſurum unquam ſperauerim. Igitur mihi bona quædam fortuna ad id, ut in conſpectum meum mihi redderere, nũc adiumento fuit: téque mihi tantopere petitam prædam, optima uenatrix ipſa, præter ſpem meam eſt aſſecuta. Axith. Iam uerò cum ea, quam dicis, fortuna conſentit, nec ſiniſter eſt, ſed gratioſus & amicitiæ noſtræ amicus uentus, qui amicum amico tranſmiſerit. Verùm dic mihi num adhuc ſint apud nos aliqui, qui perinde ut Hierocles præceptor noſter conſueuerat, philoſophiæ myſteria doceant? Et utrum eorum ſcholas adeant nobiles aliqui & boni adoleſcentes, cuiuſmodi erat Protagoras ille Lycius, qui mihi ætate quidem par atque æqualis fuit, ſed me uenuſtate & ingenio longe ſuperabat. Aegypt. Olim quidem uigebant hic præclara illa humanitatis ſtudia, uerùm iam periere prorſus & diſſoluta ſunt. Nam qui in numero diſcipulorum ſunt, ij prorſus abhorrent à diſcendi ſtudio: qui uero doctorum perſonas ſuſcipiunt atq; gerunt, ij docẽdi uiam ac rationem prorſus omnem ignorant. Orcheſtrã quidem & circus abundant hominum frequentia ac turbis: at Philoſophorũ auditoria, & Muſis ſacra loca ſunt in uaſtam atq; aſperã ſolitudinẽ redacta. Axith. Eadẽ ipſe quoq; ſuſpicatus Aegypto præterita Athenas cõtendebam, exploratũ uidelicet, an ſapiens

1 ΑΙΓΥΠΤΟΣ. Ποῖ δὴ καὶ πόθεν Ἀξίθεε. Αξιθ. Παρὰ τῶν Σύρων μὲν πρὸς Ἀθηναίους δ' Αἰγυπτε. σκαιὸς δέ τις ἄνεμος τὴν ναῦν ἐκβιάζεται, καὶ προκαταλύει τὸν πλοῦν. καὶ ἰδοὺ σοι πάρειμι. τὴν νῆσον οὐ τὴν Ἰλισσὸν· τὸν δὲ φάρον οὐ τὴν Πειραϊκὴν θεώμενος. Αιγυπ. Ἦ πολλῶ χάριν οἶδα τῷ δαίμονι, ὅτι σε παρὰ φίλους κατάγειν ἐκβιάζεται. ἢ οὐ μέμνησαι τοῦ Ἱεροκλέους, καὶ τῆς Ἱεροκλέους φιλοσοφίας, παρ' ᾧ φιλοσοφίαν ἐπαιδεύθης, καὶ ἀλλήλω ἐρῶντε, πολλοὺς ἔχομεν τοὺς ἐρασάς. Εγὼ γοῦν οὐκ οἶδα ὅπως οὐχὶ ἀλγῆσαι, ὡς ὅτι παρ' ἡμῶν ἀπῆρες ποικίλης σοφίας σεαυτὸν μεμίσας τοῖς σύροις. καὶ συχνὸς μὲν ὁ χρόνος. οὔπω δὲ κατέλυσε τὸν ἔρωτα. ἀλλ' ὁμοίως ἀκμάζει, ὥσπερ οὖν ἔχε ὅτ' ἀπῆρες, καίτοι πολλῶν ἐτῶν οὐκ εἴδομεν οὐδὲ ὤμεν ὄψεσθαι. ἀλλά μοι τύχης συναγωνιζομένης, τὸ ποθούμενον πάρεστιν ἐλπίδα θαρρεῖν. Αξιθ. Νῶν τῇ τύχῃ συνῆδομαι, καὶ οὐκ ἄρα σκαιὸς ἦν ὁ ἄνεμος. ἀλλ' εὐχαρίς τε καὶ θεοῖς ἔρωτι φίλος. εἰγὰ τῷ ἐρασθῆναι παρατέμπει τὸν ἐρώμενον. ἀλλ' εἰπέ μοι, ἔτι παρ' ὑμῖν εἰσίν οἱ τῆς φιλοσοφίας δεινώτατα τὰς τελετὰς οἷον ἦν Ἱεροκλῆς ὁ διδάσκαλος, ἔτι δὲ φοιτῶσιν νέοι καλοὶ κἀγαθοὶ οἷος ἦν πρωταγόρας ἐκεῖνος Λύκιος, ὃ ἐμοὶ μὲν ἡλικιώτης, καλλεῖ δὲ καὶ σύφυτα προῆκεν. Αιγυπ. Γοῦν μὲν ἦν τὰ καλὰ, νῦν δὲ οἴχεται καὶ διαλέλυται. ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἐθέλει μανθάνειν, ὡς τοὺς μαθητὰς ἐγγραμμάτους. ὁ δὲ διδάσκειν ἐπίσταται, τὸ μυσταγωγὸν ὑποκεινόμενος. ἐρχύσρα μὴ σύθηνεῖν ἡ ἱππομιμία φιλοσοφία δὲ ἡ τὰ μεσεῖα εἰς δεινὸν ἐρημίαν ἀφῖκται. Αξιθ. Ταῦτα καὶ αὐτὸς ὑποπτεύων, τὴν Αἴγυπτον περιβραμὼν, τὰς Ἀθήνας ἐζήτουν·

εἴτις που σοφὸς παρὰ Ἀθηναίοις ἔτι λείπεται, βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, ὅ τοῖς τε πάλαι καὶ τοῖς νῦν πολλοῖς παρέχει τὴν ἀπορίαν, ὡς ἄλλοτε ἄλλα καὶ περὶ αὐτοῦ διαλέγεσθαι. Αιγυπ. Ἔχεις ὦ Φιλότης, τὰς Ἀθήνας. εἰ γὰρ μήτε τὴν ἀκρόπολιν, μήτε τὰ προπύλαια, μήτε τὰ νεώρια βούλει θεωρεῖν, ἀλλ' αὐδρα σοφόν. κατῆργε ἡμῖν τὸ μέγα κλέος Ἀθηνῶν ὁ Θεόφραστος, καὶ τρίτῳ ἄγει τούτῳ ἡμέραν. ἀλλὰ παρ' αὐτὸν ἴωμεν, παρ' ἐκείνου μαθοις ἂν ὅπερ ζητεῖς, ἢ μάθοις ἂν ὡς οὐδὲ παρ' ἀνθρώπων τοῦτο προσήκει ζητεῖν. οὐ γάρ ἐσιν οὔτε παρ' Ἀθηναίοις, οὔτε παρ' ἄλλοις Θεοφράστου σοφωτέρους πυθέσθαι. Αξίθ. Ερμαιον λέγεις, εἰ παρὰ τὸν πάλαι εὑρεθὲν ἂν τις τῶν Ἀθηναίων φιλοσοφίαν· ὡς μήτε μεγάλα πελάγη διατέμνειν, καὶ ταῦτα μανθάνειν. ἀλλ' ἴωμεν, ἤδη γὰρ με Θεοφράστου ποιήσας ἐρασθῆναι. Αιγυπ. ἥκω σοι τὸν Αξίθεον ἄγων αὐτόθεν ὦ Θεόφραστε. ἐρᾷ γὰρ καὶ αὐτὸς φιλοσοφίας. Θεοφ. ἡ μάλα μοι παλαιὸς φίλος Αξίθεος. ἄγε φιλοσοφίας ἐρασής. καλὸν γὰρ καὶ σπάνιον τὸ χρῆμα. ἐπεὶ καὶ παρ' Ἀθηναίοις γνῶθι μάλιστα διαφανὴ φιλοσοφία, παντελῶς ἄγονος καὶ ἐς τὸ μηδὲν ἀπεῤῥιπται. Αξίθ. μαντεῖόν ἄρα πρὸς Ἀθηναίους ἐνομίζομεν, εἰ μηδενὸς φησ ἀξιόχρεων καταλιπεῖν τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι. οὐμαντεῖον δὲ προκατέλυσα τὸν πλοῦν, εἰ κατὰ θεὸν τὴν φιλοσοφίαν προύκοντα, καὶ τῶν Ἀθηναίων τὸν κράτιστον παρὰ τὸν νεὼν εὑρίσκω. ἀλλ' ἐπεί μοι. λέγει γὰρ ὁ Αιγυπτος ὡς οὐκ ἔσιν ἄμοθεν ἢ παρὰ σοῦ μανθάνειν· ἔξεσιν ἐρωτᾶν ὅπερ καὶ βούλομαι. Θεόφ. Ερώτα μὴ ἔπορ μοι βέλει χαρίζεσθαι· ὀθνεῖος γάρ με πολλῶν ἐτῶν ἠρώτηκε καινὸν οὐδέν

Αξίθ. Ευτυχοῦμεν ἔγε μανθάνειν ἔξεσι, καὶ τῷ ἐκδιδάσκοντι χαρίζεσθαι. πρότερον γὰρ σωθῆναι προβεβίωκεν ἡ ψυχὴ καὶ πάλιν βιῶσεται. ἢ τὸν παρόντα βίον βεβιωκυῖα, τῶν τῆδε πραγμάτων ἀπαλλάγη. Θεόφ. Προβεβίωκε καὶ βιώσεται. τοῦτο γάρ με διδάσκειν ἐθέλουσιν οἱ πάλαι σοφοί. Αξίθ. Λέγεις ὡς πολλάκις ἡ αὐτὴ ψυχὴ κάτεισιν εἰς τόνδε τὸν βίον; Θεοφ. λέγω γὰρ μὲν οὖν καὶ μὴ πισφωτέρους λέγεις. Αξίθ. Ηξει δὲ πάλιν ἑκοῦσα, ἢ ἐξ ἀνάγκης.

Θεόφ. Εγὼ σοι διανοίγειν ὥσπερ ἐν ἱεροῖς πειράσομαι τὰ τῶν παλαιῶν ἀπόῤῥητα.

an sapiens aliquis apud Athenienses supereſſet. Id enim uelim ab eo ſciſcitari, quod & apud priſcos & apud noſtros homines ſæpe & multum in quæſtionem uenit, at adeò dubiũ & incertum fuit, ut de eo aliter atque aliter ſit diſceptatum. Aegypt. Habes hic, ô amicum caput, ipſas Athenas, ni malis arcem, aut propugnacula, aut naualia, quàm ſapientem uirum uidere. Appulit huc ad nos magna Athenarum gloria, Theophraſtus, & tertium hic iam agit diem. Sed agedum ipſum accedamus. Ab illo diſces quicquid rogaueris: ſin minus hoc, diſces tamen illud ipſum ab homine ne quæri quidem oportere. Neque enim fieri poteſt ut uel Athenis uel uſpiam alibi Theophraſto ſapientiorem hominem nanciſci queas. Axith. Diuinum quiddam ac ſane quàm auſpicatum narras: quando pene Nilum philoſophiam Atticam inuenio, ac propterea, ut hanc diſcam, immenſa maria percurrere non ceceſſe habeo. Sed eamus ad illum, iam enim effeciſti me Theophraſti illius amantiſsimum. Aegypt. Venio Theophraſte, mecum adducens Axitheum illum, quaſi quendam riualem meum, qui philoſophiæ ſtudia perinde atque ego amplectitur. Theophraſtus. Veteris amici loco mihi ſanè fuerit hic Axitheus, quando philoſophiæ ſtudio ducitur. Hæc enim & præclara, & rara quædam res eſt: quippe quæ Athenis, quæ in urbe quondam illuſtris fuit, iam prorſus eſt obſcurata atque in niſilum redacta. Axith. Igitur fruſtra Athenas ferebar, ſi nemo, quem admodum ipſe aperis, iſthic ſupereſt, qui ad propoſitam quæſtionem quamque poſſit reſpondere: minimeque fruſtra nauigationem interrupi meam, quando mihi ceu deo ad philoſophiam duce, præcipuum Athenienſium uirum ad fluenta Nili reperio. Sed quæſo te, quoniam dicit Aegyptus, non poſſe me ex quoquam melius quod uelim, quàm ex te cognoſcere: an ne mihi licet, quacunque de re libuerit te percontari? Theoph. Quin percontare, ſiquidem mihi uelis gratum facere. Neque enim quiſquam multis iam annis noui quicquam ex me quæſiuit.

2. Axit. Perbeati nobis uidemur eſſe, quibus dat & diſcere, & hoc ipſo, quod diſcere uolumus, doctori gratũ facere. Igit quæro, nũ hic uiua prius extiterit anima, & poſt iterũ ſit uictura: an etiam peracto uitæ præſentis curſu, rebus humanis ſoluta ac libera ſit futura. Theoph. Et uixit antea, & eſt omnino iterum uictura, ſiquidem uerum eſt quod ſapientes priſci tradiderunt. Axith. An ſtatuis eandem animam in humanam hanc uitam iterum atque iterum deſcendere? Theoph. Sanè quidem hoc ipſum dico, niſi tu quid ſapientius proferas. Axith. Sed eſt ne ſua ſponte, an neceſsitate quadam acta reditura?

3. Theoph. Ego tibi ueterum arcana, quaſi in ſacrario quodam ſedens, pandam.

Heraclitus igitur, qui idem successionem esse necessariam uoluit, assimam sursum & deorsum ferri statuit. Esse etiam aiebat immodici laboris apud superas eodem subinde loco fatigari, & cum Dijs habere cõmercium, eorúmque imperio subijci. qua de causa non solum quietis & ocij desiderio, uerùm etiam libertatis ac dominationis ipse excitatam animam dictitabat à superis in terras descendere. Ab hac autem opinione deterret nos Empedocles, qui dicit lege cautum esse, ne quæ peccatorum aliquorum reæ sunt animæ, possint inde descendere: nimirum ad id ipsum sensim acedens quod Pythagoras etiam sub obscurè significauit. Proauus autem noster Plato multa præclarè de anima disseruit. ac de hac eius siue motu siue incessu multa cùm dicat, non ubique eadem dicit. Et in Phædone Socrates quicquid sensum habet, honore omni quasi exspoliat, & eam quæ est animæ cum corpore coniunctionem sic reprehendit, ut animam quasi uinculis constrictam, atque in corpore quasi in quodam tumulo sepultam cõqueratur: tum uetus illud quasi cũ mysterij loco habitum dictum probet, ὡς γὰρ τινὶ φρουρᾷ ἐπεισὴλ ἀφικόμεθα γεγόναμεν: Id est, Quasi in quodam carcere, postquã huc uentum est, fuimus. Quod Empedocles αὖτρον, Plato uerò in lib. De repub. nomine σπήλαιον appellarunt. Quod denique anima hinc emigrat, id aliud nihil esse, ait ipse, quàm uinculis solui, & ex antro effugere. Aliàs autẽ in Phædro Socrates dicit, se uidere animas quasi pẽnis sensum nudatas descendere: ac nonnullas pennis iam diffluentibus grauatas eousque descendere, dum corpori aliquo coniunctæ consistant. Atque hæc sit eius in terras descẽsus causa. Post euolutis aliquot temporis partibus, ferunt eam iterum eodem ascendere, quo quidem eam tanquam in iudicium atque ad pœnas mittunt. Quin uolunt etiam eam & sorte & fortunâ, & necessitate trahi. Verùm ad hunc modum illo animæ in corpus descensu uituperato, eum, qui Timæus inscribitur, librum deinceps componẽs, sententiam mutauit, quando animæ in corpus aduentum illum magnis laudibus uehit, & mundum hunc admiratur, eumq; beatum Deum appellat, & animam quæ in ipso apparuit, multa salute impertit, ac peramanter appellat, ut quam ab optimo maximo opifice datam credat, idq; ab omni hominum genere credi postulat. Illud ipsum enim quod uniuersum appellatur, etiam mente præditum sit necesse est: quippe quod citra animam non potuerit fieri perfectũ ac suis partibus omnibus absolutum. At hoc ipsum ut perfectũ sit ei quod uniuersum dicitur, anima cuiusque suppeditat, quando id quod sensum habet, & solet excitare, & complecti, & exornare, & loco suo collocare: nempe ut hoc requirenti opifici ipsa sua sponte subseruiat, ac ne pulchrum hoc opus eius maneat imperfectum, faxit.

ὁ μὲν γὰρ Ἡράκλειτος διαδοχὴν ἀναγκαίαν τιθεὶς, κάτω καὶ ἄνω τῆς ψυχῆς τὴν πορείαν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ γίγνεσθαι. ἐᾶσι κάμνοντος ἐᾶσι τοῖς αὐτοῖς ἄνω μοχθεῖν, καὶ πρὸς θεοὺς συμπολιτολεῖν καὶ ἄρχεσθαι. Διὰ τοῦτο τὴν τοῦ ἡρεμεῖν ἐπιθυμίαν καὶ ἀρχῆς ἐλπίδι, κάτω φησὶ φέρεσθαι τὴν ψυχήν. ὁ δὲ ἐμπεδοκλῆς ἐκφοβεῖ νόμον εἶναι λέγων ταῖς ψυχαῖς ἁμαρτούσαις, φυγοῦσαι πεσεῖν· ἐπιδικνὺς ἡρέμα, ὃ καὶ πυθαγόρας αἰνίττεται. ὁ δὲ πλάτων ὁ ἡμέτερος πρόγονος πολλά τε καὶ καλὰ ψυχῆς περιδιαλέγεται. περί τε τῆς πορείας πολλαχῆ λέγων, οὐ ταυτὰ πανταχοῦ λέγων. ἀλλὰ νῦν μὲν ὁ φαίδωνι Σωκράτης αὐτῷ, ὡς ἀδήκτου ἅπαν ἀπαλλάσσοις, καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κοινωνίαν μεμψάμενος δεσμῷ τινι καὶ οἷον γὰρ σώματι θαπτομένῳ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ὀλοφύρεται. καὶ τὸν μὲν ἀποῤῥήτοις λόγοις ἀποθαυμάζει λέγοντα, ὡς γὰρ τινι φρουρᾷ ἐπεισὴλ ἀφικόμεθα, γεγόναμεν. καὶ τόδε τὸ ὦᾶν, ἐμπεδοκλῆς αὖτρον πεποίηκεν. ἐν πολιτείᾳ δὲ πλάτων μεταβάλλων σπήλαιον ὀνομάζει. ἀμέλει καὶ τῶν δεσμῶν λύσιν, καὶ τοῦ σπηλαίου φυγὴν, τὴν γὰρ ταῦθα τῆς ψυχῆς ἔφοδον πορέαν. Ἄλλοτε δὲ ὁ τοῦ φαίδρου Σωκράτης, τὰς κατιούσας ψυχὰς τῶν πτερῶν ἐπιλωμένας φησὶ θεωρεῖν. τὴν γὰρ πτεροῤῥυήσασαν, βαρύνεσθαι καὶ φέρεσθαι κάτω, ἕως ἂν σῇ, σώματι προσπελάσασα. καὶ αὕτη τῆς ἀφίξεως αἰτία. καὶ περίοδοι τινὰς ἀνελθοῦσαν πάλιν τὴν δὲ φέρουσιν. καὶ κεῖσε καὶ δίκη κατατρέμουσιν. ἀλλὰ καὶ κλῆροι καὶ τύχαι καὶ ἀνάγκαι καθέλκουσιν. οὕτω πανταχοῦ τὴν τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς πάθοδον μεμψάμενος τὸν τίμαιον συμπεθεὶς μεταβαλόμενος τὴν ἄξιν ἐπαινεῖ, καὶ τὸν δὲ τὸν κόσμον ἀποθαυμάζει, θεὸν εὐδαίμονα προσονομάζων, καὶ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ φανεῖσαν ἀσπάζεται. παρ᾽ ἀγαθοῦ γὰρ τοῦ δημιουργοῦ αὐτὴν δεδόσθαι πείθεται, καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν παρασκευάζεται. εὖ δεῖ γὰρ γίνουμ ἐὰν τὸ δὲ τὸ πᾶν, αὐτὸ δὲ ψυχῆς ἔυχ τε οἷον τ᾽ ἂν γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ τέλειον. τοῦτο δὲ ἡ ἐκάστου ψυχὴ πλήσασα τοῦ παντὸς, τὸ ἀδήκτον ἐγείρουσα, καὶ σωέχουσα καὶ κοσμοῦσα καὶ τάττουσα. ὥστε ἐκοῦσαν ἑκόντι τοῦ δημιουργῷ δημονεῖν πρὸς τὸ μὴ ἀτελὲς διαμένειν τὸ δὲ τὸ καλὸν αὐτοῦ ποίημα.

Voluit

ἐβούλετο γὰρ γέ τινα αὐτὸν τοῦτον κόσμον ἀεικινήτου ὅσαπερ γέ τινα νοητὸν προυπάρχει. ταῦτα μὲν ὁ πρόγονος. ὁ δὲ τούτου μαθητὴς Ἀριστοτέλης οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐντελέχειαν ὀνοματοποιῶν εἶναί τινα ψυχὴν, οἷον τὴν ἄλυτον τέλειον ἐπείσαγουσαν. καὶ εἶδος οὖσαν τοῦ σώματι συναλύεσθαι. Ἀξιθ. Εὐδαίμονες ἐῶ Θεόφραστε, ὅτι πολλῶν ὄντων καὶ ποικίλων τῶν παλαι λεγομένων, οὐδέν σε διέλαθεν, ἀλλὰ πάντα διδάσκεις σαφῶς, ὡς αὐτός ἔξεστιν, οὐ τὰ τῶν παλαιῶν διεξιών. μνημονικὸς δὲ μᾶλλον τοῦ ἱππίου ἐφάνης, καὶ οὐκ ἀμελέτητος. ἀλλὰ τί φάσω, ἀμφίβολος ἔτι διαμένω, καὶ οὐκ ἔχω τίς γένωμαι, οὐκ εἰδὼς ὅτω χρὴ μᾶλλον συντυχεῖν. πότερον Ἡρακλείτῳ ᾧ δοκεῖ τῶν αὖθις πόνων τὴς ψυχὴς ἀνάπαυλαν ἔνιά τινι εἰς τίνα τὸν βίον φυγὴν, ἢ τοῦ ἐμπεδοκλεῖ, ὃς κατά τισιν ὥσπερ ὧν ἥμαρτεν ψυχῶν θάτερον ψυχὴν ἀπέρριψεν, ἢ τοῦ Πλάτωνι μᾶλλον; ὃς νῦν μὲν κατά τίσιν, νῦν δὲ πρὸς τὸ τέλειον εἶναι τόδε τὸ πᾶν· καὶ νῦν μὲν ἀκούσαν νῦν δὲ ἑκοῦσαν. καὶ ἴσως μὲν πρὸς βίαν. ἴσως δὲ αὐτοκινήτως ὅπη βούλεται τὴν ψυχὴν ἐκπέμπεσθαι. τὸν μὲν Ἀριστοτέλη σπουδάσομαι· ὃς δ' ὑπερβολὴν σοφίας τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν ἀφείλετο. τὰ ἀλλήλων ἕκαστοι καταλύοντες. καὶ πρὸς ἄλλοις καὶ ἑαυτοῖς τἀναντία φιλοσοφοῦντες. Θεοφρ. Βούλονται μὲν οἱ δι' ἀκαδημίας πείθειν ὡς οὐ διαφωνεῖ Πλάτων αὐτὸς ἑαυτῷ. νοήματα καὶ ὀνόματα ὡς αὖ ἐθέλουσι μετατιθέντες. ὥσπερ οἱ τοὺς χρησμοὺς πρὸς τὴν ἑαυτῶν βούλησιν ἑρμηνεύοντες. δοκοῦσι δέ μοι πανταχοῦ ἐκβιάζεσθαι. οὔτε γὰρ γέγονεν, οὐδ' ἂν γένοιτο μᾶλλον τοῦ Πλάτωνος ἐκεῖνος ἑρμηνεῦσαι σαφῶς πᾶν ὅτι ἐθέλει. οἱ δὲ αἰσχυνόμενοι τὸ δοκεῖν διαφωνεῖν, ἐτέραν δὲ ἀπολογίας αὐτοῖς κατηγορίαν ἐφέλκονται. ἢ γὰρ ἀσαφῆς διδάσκαλος ὁ φιλόσοφος, ἢ φθόνῳ τὴν διάνοιαν ἀποκρύπτει. οὐδ' ἕτερον δέ τινα πέπονθεν ὁ Πλάτων. ἀλλὰ τοὺς ἐκείνου σοφιζομένους λέληθε. τὴν τῶν Χαλδαίων. καὶ Αἰγυπτίων φιλοσοφίαν εἰσφέρων τῇ ἑλλάδι. καὶ τὰ Πυθαγόρου τε Ἡρακλείτου τε Ἐμπεδοκλέους ἐπισείων.

Volait enim rerum conditor quæ in illo qui mentis & rationis compos est, mundo iam ante extiterunt, in hoc nostro, qui sensibus est expositus, atque coram cernitur mundo demonstrare. Atque hæc quidem Plato. Aristoteles autem eius discipulus diuersum sentit, & animam, excogitato nouo nomine, ἐντελέχειαν, id est, continuatam quandam & perennem motionem appellat: quam existimat materiæ quasi extremam manum imponere, ac forma cùm sit, simul cum corpore dissolui. Axith. Equidem felicem te esse Theophraste, iudico, qui cùm hac de re ueterum placita sint multa ac uaria, nullum eorum omnium ignores, eáque adeò perspicue tradas, ut abs te ipso potius quàm à priscis sapientibus inuentas res oratione efferre uideare. Quin mihi uideris Hippiam superare memoria, & in his rebus usu atque experientia plurimùm ualere. Verùm ipse quid faciam incertus sum, necdum comperi, cuius partes sequi potissimum conueniat. Heraclito ne accedam, cui uidetur anima quę defuncta suis apud superos laboribus, quietis locum aliquem inueniat, in hanc uitam quasi confugere: an Empedocli assentiar, qui putat animam, uti peccatorum antea commissorum pœnas luat, in hanc uitam ablegari: aut Platoni potius astipuler, qui modo statuit, animam, ad exoluenda supplicia, modo dicit eandem ut illud quod uniuersum dicimus, perficiatur, idq; modo sua sponte, modo coactam: iam aliunde excitatam, iam suo ipsius motu proprio emitti. Aristotelem enim, qui nimia quadam sua atque intemperata sapientia falsus, animarum immortalitatem è medio omnem tulit, silentio prætereo. Reliqui deinceps hoc omnes agunt, ut alij aliorum sententias destruant atque conuellant: quo fit ut & alijs & sibi ipsis contrarias opiniones prodant. Theophrast. Equidem in hoc mirifice sese torquent Academici, ut omnibus persuadeant, Platonẽ secum ipsum minime dissidere, ideóque solent eius & sententias & dictiones, quocunque placet, detorquere, haud secus ac qui diuina oracula ex animi sui sententia exponunt. At illi mihi uidentur Platonem ipsum iniuria afficere. Neque enim quisquam aut fuit aut futurus est, qui potuerit Platone plenius ac melius, quæ uoluerit, uerbis efferre. Alij quos itidem putet uideri diuersum quiddam ab eius sententia docere, hoc ipso quod eius defensionem suscipiunt, nouum ei crimen impingunt. Aut enim obscurus præceptor est philosophus, aut inuidia quadam agitatus mentem & sententiam suam de industria obscurauit. At neutro horum uitiorum Plato noster laborauit, magísque hi ipsi eius interpretes ignoratione philosophiæ Platonicæ laborarunt. Is enim in eam curam ac cogitationem potissimum incubuit, ut Chaldæorum & Aegyptiorum philosophiam in Græciam suam importaret: itémque Pythagoræ, & Heraclici, & Empedoclis placita in medium afferret.

Itaque

Itaq; dum ſtudet efficere, ut eos qui in Academia philoſophantur, omnium quæ ſunt uſpiam ſapienter cogitata, nihil lateat, accidit, ut aliàs aliud dicere uideatur. Quale eſt illud, quod ab eo de materia dicitur, alibi quidem eam natam, alibi uero nõ natam eſſe. Verùm poſteri cùm Platonis doctrinam multarum & uariarum rerum atque opinionum cognitione perpolitam atque ornatam ignorarẽt, idq; unicè ſpectarent, ut nouæ alicuius opinionis excogitatione alius alium anteuerteret, turbas inter ſeſe ipſi concitarunt, ac deinceps partes in contrarias ſparſi, neque Platonem neque ſeipſi ſequuti ſunt. Qua ex re dolorem maximum cepi. Axith. Egregiè tu quidem iſta profers. Ego uerò multitudine & uarietate illarum opinionum perturbatus, patria amicisq; relictis, Athenas nauigandum mihi duxi. Iam uerò ubi in te incidi, eã, quæ in te eſt, ſapientiam ſuſpicio, multoq; magis miror te, qui iſtis iam explorate cognitis, adhuc ſtudeas Pythagoram, Platonem, Chaldæos & Aegyptios ſurſum uorſum ferri ſolitos, ſibi ipſis conciliare. Hi enim ijſdem de rebus non unum idémque iudicium omnes ferunt, ac ne ſinguli quidem eadem ſtatuunt. At pugnantia atque inter ſe contraria dicere, non eſt hominis ſapientis, uerùm imperiti. At mihi quidem non uidetur deus huius doctrinæ dux eſſe, alioquin eadem omnes docerent. Sed exiſtimandum eſt eſſe humanã quãdam ſui ipſius admirationem atq; arrogantiam, in qua multæ eæq; inter ſe cõtrariæ opiniones uarient. Theophr. Agnoſco, quod dicis, optime. Nam & Platoni ipſi placuit, uti ſuis decretis eatenus ſtaretur, dum aliquis diuinior homo in terris appareret, qui ueritatem ipſam aperiat: cui conueniens ſit omnes aſſentiri atque obtemperare.

Axith. Rectè ſanè hęc dicis. Verùm dic ſodes, num hoc antea aliquando cognitum atque etiam animo reputatum fuerit. Me enim priſcorum philoſophorum perturbatio ſanè quàm perplexum facit. Quando eorum alij rurſus in homines, alij in feras animam quaſi præcipitẽ agunt. Theophraſt. Si omnes noſſes, non poſſes ſatis demirari tantam docentiũ contentionẽ. Sæpe ego quaſi è ſublimi ſpecula perſpiciẽs, ſolus omnia quaſi cęde, ſanguine, tumultu plena uidi, quę tibi, quoniam & audire & diſcere multa cupit in tabula depingere minime grauabor. Aegyptijs ſanè uidetur, eadẽ anima cùm hominem, tum uerò bouẽ, & canem, & auem, & piſcem induere. Quæ ipſa, queadmodũ eorũ fert opinio, modo ceu brutũ animal, ut formica, aut camelus, humi paſcitur: modo in piſcẽ collapſa, modo in balenã ſeu rumbũ cõuerſa in mari uiuit: rurſus in naturã auis traducta, monedula aut luſcinia apparet, & in aërem tẽdit: deniq; in aliud atq; aliud animantiũ genus uerſa, tãdẽ peragratis omnibus eò rurſus unde erat digreſſa recurrit.

ὅθεν ἄλλοτε ἄλλων λόγων ἔσῖν ὡς ἂν μηδὲν τῶν πανταχοῦ σοφῶς εὑρημένων ἀμελᾶσθαι τοὺς φιλοκαλημίᾳ φιλοσοφοῦντας. οἷον καὶ περὶ τῆς ὕλης, ἣν μὲν γεγενῆσθαι, ἣν δὲ ἀγένητον αὐτὴν ἀποφαίνει. οἱ δὲ ὕστεροι τὸ γλαφυρὸν καὶ ποικίλον τῆ πλάτωνος γνώσεως ἀγνοήσαντες, καὶ ὀρεγόμενοι τοῦ πρώτου ἕκαστον ἐπινοεῖν τι καινὸν, ἐν σοφίσμασιν αὐτοῖς συνεπαράχθησαν, καὶ ἀμφισβητοῦσι, ὅτε μὲν πλάτωνι, ὅτε ἀλλήλοις συνέπονται. ἃ πολλάς μοι παρέχει τὰς ἀσθενείας. Axith. Τίκτεις οὐκ ἀγεννῶς. ἐγὼ δὲ πρὸς ταύτην ὀλιγωρίαν τῆς ἀποφοίτου, πατρίδος καὶ φίλων τῶν ἀπολελησμένος, ἐπλεον ἀθήναζε. νυνὶ δέ σοι περιτυχὼν καὶ τῆ σῇ σοφίᾳ θαυμάζων, ἐπιμᾶλλον ἀθαύμαστα, εἰ ταῦτα καταμαθὼν ἐπὶ πυθαγόραν καὶ πλάτωνι χαλδαίοισι καὶ αἰγυπτίοις ἄνω κάτω συμφερομένοις, οἷς γε μὴ ταῦτα περὶ τῶν αὐτῶν λέγουσιν ἅπαντες, μηδὲ ταῦτα ἕκαστοι. ἀπειρίας δὲ τἀναντία λέγειν, οὐκ ἐπισήμης. καὶ ὡς ἔοικεν τόπου τὸ δόγματος, οὐθεὶς ἔμοιγε μᾶλλον, ἢ γὰρ ἂν τῶν πᾶσιν ἐδόκει. ἀλλ' ἀνθρωπίνη τις οἴησις ἐν ἕκαστον πολλά τε καὶ ἐναντία ποιεῖται. Θεόφ. Οἶδα ὦ γαθὲ. ἀλλὰ καὶ πλάτωνι συνῳδοκεῖ πρὸς αὐτοῦ πειθεσθαι· ἕως ἂν θειοτέρου ἀνδρὸς αὐτοῦ ἀναφανείς ἀνάγκη τάληθὲς ἐκδιδάσκοι ᾧ προσήκει πάλιν συνέπεσθαι.

Axith. Η καλῶς λέγεις. ἀλλ' εἰπέ μοι, ἤδη ποτέ διενοήθης καὶ ὤου; ἐμὲ γὰρ ἐκταράττει τῶν πάλαι φιλοσόφων ἡ ταραχή. οἱ μὲν γὰρ εἰς ἀνθρώπους ἀνιᾶσι, οἱ δὲ εἰς θηρία τὴν ψυχὴν ἀπείρῥιψαν. Θεόφ. Εἰ πάντας εἰδείης, θαυμάσας ἂν ὅσῃ τῶν λεγόντων ἡ μάχη. ἐγὼ γὰρ κατ' ἐμαυτὸν πάσης ἐξανθρωποκτασίας ἐκθ ἅματος, ἐκπυκλοῖμοῦ, οἷον ἐκ πρίωνος τῆς μάχης τὴν ποικιλίαν ἐθεώρουν, καὶ σοὶ ταύτην, (φλήνων γὰρ εἶ καὶ φιλομαθὴς,) ἐθέλω συγγράφειν. Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ δοκεῖ τὴν αὐτὴν ψυχὴν καὶ ἀνθρώπου, καὶ βοὸς, καὶ κύνα, καὶ ὄρνεον, καὶ ἰχθὺν μεταμφιέζεσθαι. καὶ νυνὶ μὲν αὐτὸν οἷόν τι θηρίον μύρμηκ ἢ κάμηλον τὴν γλῶν νέμεται. νυνὶ δὲ εἰς ἰχθῦν ὀλισθήσασα κάτω ἢ μεμβρὰς γρομφὴν τὴν θάλατταν ἔδλυ. αὖθις δὲ εἰς ὄρνεον φύσιν μεταπθεμένη, ἡλοιός ἢ κορώνη ὀφθεῖσα, εἰς ἀέρα διέπτη, ἄλλοτε ἄλλο διακινήσασα τῶν ζώων, ἕως ἅπαντα διεξελθοῦσα, πάλιν ἀνασφαλμοὶ ὅθεν τὸ πρῶτον κατέβη.

Aegypt.

Αἴγυπ. Φεῦ τῆς τερατολογίας, εὐδαιμονοίμην ἂν ἐκάμηλος, ἢ μέμβρας, ἢ κωλοιὸς γοῦν ἐμοί. Αξιθ. σὺ μὲν Αἴγυπτε κατάγελας. ἐγὼ δὲ τὸν Θεόφραστον ἐκπέπληγμαι, εἰ ταῦτα εἰδὼς ἔτι τοῖς Αἰγυπτίοις συμφέρεται. Θεόφ. Αὐτός ὁ Ἀπόλλων, καὶ ὁ τούτου παῖς ὁ Πλάτων, ὁμογνώμονες ὡς Αξιθέᾳ τοῖς Αἰγυπτίοις γεγόνασι. ὁ μὲν, οὕτως ἔως χρησμῳδῶν ὁ Ἀπόλλων, καὶ κελεύων τοῖς τῶν Αἰγυπτίων εὑρήμασι πανταχοῦ πείθεσθαι. ὁ δὲ δὴ Πλάτων τὸν Τίμαιον ἐπισκήνυς, τὰς τῶν ἀνδρῶν ἐφη ψυχὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ θηλυνομένας εἰς γυναῖκας ἀναβιῶναι. κακίαν δὲ ἐμπεπλεγμένας, εἰς θηρία καταβαίνειν καὶ χερσαίοις σωματοῦσθαι, ἕως τε πήνοις συμπεσεῖσθαι, καὶ τοῖς ὑδρόοις σωναγελάζεσθαι. τὸν δὲ πρὸς φαίδωνα Σωκράτους σωφροσύνην διεξιόν, τὰς ἀπὸ πλεονεξίας ἐπαιρομένους, καὶ πρὸς ἁρπαγὰς ἐπίμους, εἰς ἵππους καὶ λύκους μεταβάλλει. τὸν ὑπὸ ἐπιθυμιῶν δεδουλωμένον, εἰς τοὺς ὄνους ἀπελαύνει. τὸν δὲ εὐδαίμονα πόλιν οἰκίζων, ἐκεῖνον λέγει τὸν ὀρφέα τὸν τῆς καλλιόπης. ἐπειδὴ παρὰ γυναικῶν δεσποσθεὶς τόνδε τὸν βίον ἐτελεύτησεν, τὸν ἄνδρωπον φεύγοντα κυκνὸν γενόμενον. δῖα μουσικὸν ὄντα, τὴν μουσικὴν ἐργάζεσθαι. ὁ δὲ θερσίτης, ὃς πάντων αἴσχιστος ἦν ὅσοι ὑπὸ ἴλιον ἦλθον, τὸν ἀχιλέα οὐ πολεμοῦντα, ἀλλ' ὀνειδίζοντα τοῖς ἀγαμέμνονι, καὶ τοῖς ἥρωας μιμούμενον, εἰς πίθηκον μετάγει. ματίζεται, καὶ ἰκμιμᾶται τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, τὸ εἶδος οὐ τὸ ἦθος αὐτοῖς μεταβάλλων. Αξιθ. Τί οὖν ὦ φιλότης, οἱ τῶν Πλάτωνος ὀργίων μυσταγωγοὶ οὐδὲν ἐν τούτοις ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις σοφίζονται, ἀλλὰ τὸν πλατωνικὸν γέλωτα συγκαλύπτουσιν ὀνόματα μετακινοῦντες καὶ νοήματα συγχέοντες. Θεόφ. Οἱ μὲν παλαιοὶ μυσταγωγοὶ τῶν λεγομένων μετεκίνησαν οὐδέν. οὐκ εἰδότες ὅτι τῶν Αἰγυπτίων ὁ Πλάτων μαθητὴς γενόμενος, καὶ παρ' ἐκείνων διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχὴ πανταχοῦ ζῶα μεταβαίνει. πανταχοῦ τὸν λόγον διαπείρει τὸ δόγμα. Πλωτῖνος γοῦν καὶ ἀμποκρατίων ἀμέλει καὶ βοηθὸς καὶ νουμήνιος τὸν Πλάτωνα ἵππον παραλαβόντες, ἵππον ἐξεδείλοσιν, καὶ τὸν λύκον λύκον, καὶ τὸν ὄνον τὸν ὄνον. καὶ ὁ πίθηκος αὐτοῖς οὐκ ἄλλο ἢ ἔστιν. καὶ ὁ κύκνος οὐκ ἄλλο ἢ κύκνος νομίζεται. καὶ πρὸς τὸ σῶμα συμπλάττεσθαι τὴν ψυχὴν, δυνατὸν εἶναι λέγουσι καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐνδεικνύεσθαι. ὥστε οὖν ὁμοιοῦσθαι κατὰ σῶμα φέρεται ἄλλη ἄλλο ζῶον γενομένη.

Aegypt. Heu quæ prodigia commemoras quàm felix essem, si camelus, aut sumbus, aut monedula euaderem. Axith. Rides tu quidem Aegypte: ego uero Theophrastum intuens obstupui, quòd etiam cognitis his nenijs, Aegyptiorum consuetudine & placitis nihilominus adhuc detinetur. Theophrast. Ipse etiam Apollo, atque huius filius Plato, idem Axithee, quod Aegyptij senserũt. Vbicunque enim Apollo oracula reddit, semper ut Aegyptiorum inuentis homines acquiescant mandat. Plato uerò tradit uirorum animas molles atque effœminatas in mulieres reuiuiscere. Eas item quæ uitijs sint immersæ, in feras descendere, & cum terrestribus animantibus uictitare, cum auib. uolitare, uel cũ aquatilibus coniungi & commisceri. Socratis autem cum Phædone habitum colloquiũ persequens, animas eorum qui ab auaritia in transuersum rapti, & ad prædã prompti semper ac parati fuissent, in miluos & in lupos transformat. Qui uerò fœdis libidinib. sese dedissent, eos in asinos uertit. At ubi felicem illam ciuitatem constituit, Orpheum Calliopes filium, postquã à mulieribus discerptus, uitam cum morte commutasset, dum homo fugeret, cygnum euasisse: nempe ut qui musicus insignis extitisset, artem musicam deinceps etiam exerceret. Thersites autem is, qui fuit omnium, quotquot ad Ilium uenere, turpissimus, Achillem non quidem in bello fortiter pugnando, sed Agamemnonẽ reliquósque heroas conuicijs petendo imitari consueuit, in simiam transformatus est: atque etiamnum hominem uidetur magis imitari, quàm præstare posse. Ax. Quid igitur, ô amice, Platonis sacrorum custodes & interpretes: nihil ne in his, perinde ut solent in alijs eius placitis, subtiliter & acute excogitant, aut nomina transponunt, aut sententias alias alijs confundunt, nempe, ut quod ridiculum sit, sacratiore aliquo mysterio tegant. Theo. Prisci quidem huius sacrorum antistites, eorum quæ sunt dicta nihil suo loco mouent. quippe quibus explorate sit cognitum, Platonem, postquam Aegyptiorum discipulus extitisset, illorumq; uerbis aures implesset: hoc ipsum, quod anima humana in omne genus animantium transeat, per omnes libros suos sparsisse. Plotinus igitur & Hapocration: itemq; Boethus atq; Numenius, Platonis miluũ, qualẽ acceperunt, alijs tradiderũt miluũ: & lupum, lupũ: & asinũ, asinũ, nec simia quicquã aliud est eis, quàm simia nec cygnus aliud quàm cygnus. Et animã, aiũt illi, priusquã cũ aliquo corpore cõiungatur, posse eorũ, quę ratione carent, animantiũ similitudinẽ assumere: ac cuicũq; similis facta fuerit, secũdũ eius naturã ferri: denicq; etiã aliã aliud animal induere.

Hos

Hos secuti Porphyrius & Iamblichus, non solum maiorum suorum philosophiam paulò altius considerarunt, sed etiam ueriti sunt de Platonis asino & lupo & miluo dicere: tum etiam reputarunt, aliam esse eius quod rationem habet, & aliam rursus eius quod ratione caret, animantis substantiam: quodque non soleant ita solum uertere substantiæ, uerum eadem, quæ cùm primum egrederentur erant, permanere. Neq; enim ratione esse præditum, accidens quoddam animæ esse, quod eam modo accedere, modo deserere soleat, sed esse differentiam in ipsa substantia constanter permanentem: minimeq; fieri posse, ut ratio in naturam brutam conuertatur: nisi concedas aiunt, animali bruto hoc datum esse, ut rationem furto auferre queat. His sero tandem consideratis & errorem ueterum minuendum, & bruta animalia silentio præterеunda arbitrati: hominem, inquiunt, non in asinum, uerùm in hominem asininum neq; in leonem, sed in leoninum hominem reuiuiscere. Non enim naturam, sed corporum formam transmutari: quemadmodum in scena qui personas tragicas suscipiunt, ac modo Alcmeonis, modo Orestis personam gerunt. Axith. Linum lino, Theophraste, mihi uidentur illi nectere, & malum remedium adhibere malo. Quid enim attinet corporis uinculis animum liberari, quæ rursus in aliud corpus immittitur. Inutilis etiam ad leuandam molestijs animam, frustráque in medium introducta mors est. Erat enim perditissimorum hominum uita eo usq; propaganda, quoad ipsorum pœnæ fuerant extendendæ. Ac si in lasciuiam prouoluta anima, mille libidinibus in hac uita, haud secus ac reginis quibusdam mancipata seruierit: quæ ratio suaserit, ut ob hoc ipsum supplicio afficienda in hominem asininum reuiuiscat? nimirum ut suæ libidini magis magísque inseruiat: ac supplicio illo non tollatur, sed augeatur etiam & firmetur lasciuia. Atqui pœna, uitiosorum animæ motuum, quasi medicinâ quædam existimatur, quæ coerceat, truncet, secet, & penitus excindat: non autem suscitet, inflammet, ullam materiam uitioso motui suppeditet. Id enim si fiat, perinde fuerit, ac si quis iudex hominem furti rerum, non supplicio aliquo affici, uerùm in sacram ædem ingredi, & inde, quicquid libeat, abripere iubeat: tum quoniam furti reus est, ut habendi studium satis supérque expleat, etiam dona dijs suspensa auferenda præbeat. Iam turpis aliquis puerorum amator, qui consueuit florentem adolescentium ætatem corrumpere, fiat iterum ipse puer formosus, ut eadem ipse patiatur, scilicet. Alius sit adulter, & in mulierem conuertatur, ut adulterio prorsus infamis efficiatur.

ἐπιγενόμενοι δὲ πόρφυριός τε καὶ ἰάμβλιχος καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν σοφίᾳ πολὺ φρονοῦντας, καὶ ἐρυθριῶντας μὴ πλάτωνος ὄνον καὶ λύκον καὶ ἰκτῖνον, καὶ κατανοήσαντας ὡς ἄλλη μὲν λογικῆς ψυχῆς ἡ οὐσία, ἄλλη δ' ἀλόγου. ἔστι οὖν μεταπίσαντα, ἀλλ' ὡσαύτως ἔχουσιν αἱ οὐσίαι οἷαι πρῶτον προῆλθον. οὐ γὰρ τὸ λογικὸν τῇ ψυχῇ συμβεβηκὸς ὡς μεταχωρεῖν, ἀλλ' οὐσίας διαφορὰ βεβαίως ἱδρυμένη. καὶ ὅλως ἀδύνατον μὴν λόγον εἰς ἀλογίαν μετατίθεσθαι. εἰκὴ καὶ τὸ ἄλογον φέρουσιν ὑφαρπαζειν τοῦ λόγου τῷ φύσει. τοῦτο δὲ ποτε διαλογισάμενοι, ὑπερπηδήσαντες τὰ ἄλογα τῶν ζώων μεταβαλόντες, οὐκ εἰς ὄνον φασίν, ἀλλ' ἀνώδυνον ἄνθρωπον ἀναβιῶναι μὴν ἄνθρωπον. οὐδ' εἰς λέοντα, ἀλλ' εἰς λεοντώδη ἄνθρωπον· οὐ γὰρ τῇ φύσει ἀλλὰ τῷ τῶν σωμάτων μορφὴν μεταμπίσχεσθαι. ὥσπερ ἐπὶ τῆς σκηνῆς οἱ τῆς τραγῳδίας ὑποκρινόμενοι· οἱ νῦν μὲν μὴν Ἀλκμαίωνα, νῦν δὲ μὴν Ὀρέστην ὑποκρίνονται. ἀξιοῦ. Λῖνον λίνῳ σώζουσι τὸν τοῦ λόγου θεόφραστε. καὶ κακῷ κακὸν ἰῶσαντο. Τί γὰρ ἔδει σώματος τῇ ψυχῇ ἀπαλλαγῆσθαι, εἰ πάλιν εἰς ἕτερον σῶμα καταπέμψεται. περίεργος ἡ τελευτή, καὶ μάτην εἰς μέσον παρεισφέρεται. ἔδει γὰρ τῶν πονηροτάτων ἐπιτείνειν μὴν βίον, εἰς ὅσον ἔδει τὴν τιμωρίαν παρεκτείνεσθαι. καὶ ἄλλως εἰ μὴς ἀκολασίαν ἐκτίσει ψυχή, καὶ ὑπὸ μυρίων ἐπιθυμιῶν ὥσπερ δεσποινῶν ἦ δὲ δὲ βίῳ κρατουμένη καὶ αἰσχρῶς δουλεύουσα. διὰ τοῦτο πάλιν ὑπὸ τῆς δίκης ἐκπεμπομένη εἰς ἀνώδυνον ἄνθρωπον ἀναβιώσῃ, ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον ἐπιθυμίαις δουλεύοι, κακίας χορηγίαν τῇ τιμωρίᾳ ἰδίᾳ ἔχουσα· καὶ γίγνεται τῆς ἀκολασίας οὐκ ἀφαίρεσις ἡ τίσις, ἀλλὰ βεβαιοτέρα προσθήκη. καὶ μοῦ ἡ λίκη τῶν παθημάτων ἰατρικὴ νομίζεται. συσέλλουσά τε καὶ πολεμοῦσα καὶ διατέμνουσα καὶ ὅλως ἐκκόπτουσα, ἀλλ' οὐ διεγείρουσα, οὐδὲ παροξύνουσα. οὐδετέραν ἐπινοοῦσα δεῖ πάθει τῷ ὕλῃ. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, παραπλήσιον ἦν, ὥσπερ ἂν εἴ τις δικαστὴς λαβὼν ἄνθρωπον κλοπῆς ἑαλωκότα ἀποδεῖν τι κελεύοι, ἀλλ' εἰς ἱερὰ φοιτᾶν λαμβάνῃ ὅτι βέλτιον. ὡς ἂν τὸ πλεονεξίας ἀφθόνως ἔχοι. καὶ αὖθις πρέχοι τῶν ἀναθημάτων ἁπτεῖσθαι, ἐπειδὴ κλοπῆς ἑάλωκεν. νῦν ὁ δεῖνα τῶν ἀγρίων ἐστί, νῦ τῶν νέων διαφθείρει τὴν ὥραν, ἄθλιος γιγνέσθω νεανίσκος, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς ταῦτα πάσχοι. ἕτερος μοιχὸς εἰς γυναῖκα μεταβαλλέσθω, ὡς ἂν ὑπὸ μοιχείας ὑβρίζοιτο.

Aegypt.

Αιγυπ. τῷ ἰὼ ἰὼ Παιάνιος, πλαγωγὸς ἡ δίκη γίγνεται. Αξίθ. κελεύει γὰρ ὦ Αιγυπτε ὁ πολυμαθὴς πορφύριος, καὶ ὁ ἔνθους ἰάμβλιχος ἐφ' ἡμῖν τοῖς μὲν ἄλλοις δικασταῖς ἀναπθρότοις, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων παιδευμάτων τῷ δίκῃ αἰτιώμενοι. τοῦτο ἀκολουθεῖν ἡμᾶς ὁ Θεόφραστος βούλεται. Θεόφ. οὐκ ἂν ἐπιβουλοίμην Αξίθεε. ὅτε γὰρ συρίαμός ὅτε ὁ Πρόκλος ἀνθρώπους σωίζουσι. ἀλλ' ἴδιόν τι καὶ καινὸν ἐυρήκασι. Αξίθ. Τί δῆτα ὦ Θεόφραστε. Θεόφ. Τὴν πᾶσι ἁρπαγὴν ψυχὴν ἀπεικάζουσι μίλῳ ψυχὴν ὀνείς ἰκτῖνον μεταβάλλουσιν. ἄλογον γὰρ εἰς ἄλογον τὴν λογικὴν μετατίθεσι. διὰ εἰς ἰκτῖνά δικαίως ἄνθρωπον ἐκπέμπουσιν. ἄτοπον γὰρ ἐὰν πλείονος αἰτίας γίγνεται κόλασις. ἀλλὰ τὸν μὲν ἰκτῖνον λέγουσι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔχειν τὴν ἄλογον, τὴν δὲ ἀνθρωπείαν ταύτην σωίζεσθαι, καὶ πλανᾶσθαι καὶ συμπέτεσθαι. ἡ δὲ τοιμωρίας ὁδός. Αξίθ. Καινότερον ἢ τὸ ἐύρημα. ἀλλ' ἔτι μᾶλλον καταγέλαστον. εἰ μύρμηκι ἢ ὀδυσσεὺς σωίζεται. οἰωνόμωρ γὰρ ἄμφω, καὶ πολλοὺς πόνους ἀνατλᾶναι δυναμένω. σφηκὶ δὲ ὁ ἕκτωρ σωίζεται. κορυθαιόλῳ γὰρ ἄμφω, καὶ μαχιμωτάτω. ὁ δὲ δὴ βάτραχος καλέωρ λιῦ. θαμὰ γὰρ ἑοῦσιν ἀμφότεροι, μετὰ τὸ τὰ ἑρβολοῦλκε. αὐαίδαγὲ ἑκατέρῳ τὸ γνώσιμα. ἡ δ' ἁπλῆς ὡς ὦν μύρμηξ. ὁ σφὴξ ὁ βάτραχον, ἡμᾶς διελανθάνει. ὁ γὰρ αὖδι σώματος, ὅτ' ὁ δυσσεύς, ὅτ' ἄλλος ὀδεὶς σωίζεται, εἴπερ σωίζεται. οὐ γὰρ παντελῶς φησι τὸ σώματος ἀπαλλάττεσθαι ἢ μέχρι τοιμωρίας δόμεν. Θεοφ. Οὐ μὰ δῶ. Αξίθ. Πότερον οὖν γὰρ τῆς μύρμηκος ὁ ὀδυσσεὺς ἀφανὴς ἔσται, ἢ τοῦ ποδὸς ἀφῃρτῶται, καθάπερ τοῦ κεῖθ πρὸ τῷ κύκλωπι. ἡ ὡπισύρεται ὅποι αὖ τῷ μύρμηκι δοκεῖ. τί δῆτα γελᾷς ὦ Αιγυπτε. Αιγυπ. Οὐ καταγέλαστον μυθολογία τοσοῦτο ἀλαζονείας μηδὲν ἔτι ἀδαίνειν. Αξίθ. Φέρε γὰρ ὦ Θεόφραστε ἐὰν φάρων ἀετέλλω, ἢ γεραίων κλαγγηδὸν πετομένων κατίδοις; ἴσως ἂν φαίης τοὺς ἐπὶ σκηνῆς στρατάρχους, ἡ ὑβρισὰς, ἡ θορυβοῦντας καὶ ἀσελγαίνοντας τελευτήσαντας, τοὺς τοῖς ὀρνέοις σωζεσθαι, ἡ σωτηρίαν καὶ βοᾶν οἷά περ ἐκεῖνα, καὶ πανταχοῦ σωίζεσθαι. εἰ δὲ ἁλόντα τὰ ὄρνεα θύοιτο, πῶς δεσμῶν γίνεται φυγή ἢ τῶν ὀρνίθων σφαγὴ λύονται γὰρ ἀφανιζομένης τῆς ψυχῆς, ἢ σωιζεσθαι. Οὐ γὰρ ἀθανάτου τὸν ἄλογον ψυχὴν εἶναι φήσουσιν. τί δὲ ἐ ταῖς ἀφύαις σωζεσθῶν. οὐ πάντως δὲ καὶ τῶν ἀστραλισύτων ἢ σαγή-

Aegipt. Heu quàm absurda narras: sic enim pœna sceleribus irrogata, id est, rerum omne genus homines, ceu leno quispiam prostituere ret. Axith. Sanè, cùm iubeant doctissimus ille Porphyrius, & numine afflatus Iamblichus, id quod in nobis est ijs, qui sunt apud inferos, iudicibus remittere, & illas humanis delictis pœnas irrogare. Atq; hosce ut sequamur, Theophrastus uolet scilicet. Theoph. Minimè uerò isthuc amplius uelim Axithee: nam neq; Syrianus, neq; Proclus hos sequuntur, uerùm proprium quiddam ac nouum excogitarunt. Axith. Quid uerò id est Theophraste? Theoph. Animam eam, quæ semper ad rapinam prompta sit & parata, non in miluum conuertunt illi: quando sit absurdum eam quæ ratione sit prædita, in id quod ratione caret, traduci: tum neque in milui similem hominem transmittunt, quando sit absurdum, pœnam maioris auaritiæ causam fieri. Sed docent illi, miluum quidem habere suam ipsius animam, eamq; ratione destitutam: humanam huic alligatam, adhærentem, una uolitantem. Atque hæc est supplicij illius forma ac ratio. Axitheus. Recentius quidem inuentum hoc est, sed multò magis ridiculũ. Quod si ita sit, formicam Vlysses sequetur, qui rei familiaris gubernatores prudentes & industrij sint ambo: uespæ Hector alligabitur, cùm ornatam galeam habeant & bellicosi sint ambo: itémque rana & Cleon unà uitam agent, quando eundem ambo clamorem edũt, sicq; ille quasi lapidem ceruici alligatum trahet. Impudentia enim utriusq; est insigne. At formicas, uespas, ranas esse duplices nos hactenus latuit. Neq; enim sine corpore, uel eorum qui sequuntur ea, quisquam sequetur: siquidem sequatur, quandoquidem non puto te statuere, corpore liberum ac solutum esse eum, qui supplicio sit afficiendus. Theoph. Minimè uerò. Axith. Vtrum igitur intra formicam Vlysses quasi conclusus occulitur, an ex atiquo eius pedę pendet, uelut ex ariete apud Cyclopem. Et, quo libuerit formicæ, trahitur? Sed quid tu rides Aegypte? Aegypt. Quis non rideat tam fabulosas narrationes eorum, quod præ summa arrogantia ueritatis sensum nullum habent? Axith. Age enim si sturnorum turmam aut gruum cum clangore & strepitu uolantium uideas: fortasse dicas eos esse, qui in scena personatos exercitus ducunt: aut eos, qui iniuria alios afficere, tumultus excitare, petulanter agere consueuere: iam mortuos huiusmodi auibus alligatos unà cũ ipsis strepere & clamitare, easq; quocunq; sequi oportere. Iã si quis has aues captas mactet, earum ipsarũ mactatio præstabit animab. certũ quoddã ex his uinculis effugiũ. Etenim ea, cui astrictæ erãt, anima cõfecta atq; sublata, ipsę quoq; liberétur necesse est: quãdoquidẽ haud statuũt etiã brutã ac ratione carẽté animã esse immortalẽ. Quid aũt si piscib. illę cõiũctæ fuerit, diuesq; sit ac plena piscatorũ sage

na: an non illæ se supplicio suo liberatum irrisum risu excipiant? Nam piscium captiuitas, animabus existit liberatio: & piscium uenatio, est humanis animabus libertas. Iam & apum ministri deficientibus apibus tale quiddam machinantur. Bouem arcta domuncula concluſum fustibus tantisper cædunt, dum animam exhalet. qui si ita miserabiliter isthic prostratus iaceat, illi ita accuratè, ut nulla ex parte uel leuis aura penetret, clausis ianuis, discedunt: tum præteritis diebus quadraginta, ianuis reseratis, bouem quidem putrefactum, at eius unius loco innumera animalia circumuolantia reperiunt. Apum enim, quæ ex boue sunt enatæ, & instar uuarum passarum iacentes, alas mouent, domus tota repente facta est plena. His apum ac mellis administri sumptis atque curatis mellis opus non sine bona fruge aggrediuntur. Iam quæro, num hæc una bouis anima minutatim concisa in illas innumeras est diffusa, quas bos unus coactas comprehendit: an uerò ipsa multis illis sibi in societatem ascitis hæc apum examina collegit, atq; in unum congregauit? Atq; hæc mihi uidentur admodum ridicula: tibi uerò non item. Sed fortasse uenient, qui uel quarto nouum quiddam comminisci possint. Sed quanto plus uerba faciendo secum ipsi pugnarint, tanto magis docendo fallent & errabunt. Quo ferimini, ô Athenienses, qui tam fabulosa referenti tam promptas aures porrigitis? Vides. n. ut isthæc ipsa secũ collisa ratio, ut ignis igniferi silicis multũ lucis reddiderit, & quæ in tenebris hactenus latebant arguat, minimeq; permittat, ut animam antea uixisse, in posterum quisquam confidenter asse ueret. Theophr. Eadem mihi quoq; priusquam hoc ex te audirem, animo sederunt, mentemq; inde sæpenumero retraxerunt: sed maiorum reuerentia, & eius, quo cum disputabam rationis & consilij inopia, me adigebant ac continebant. Axith. Illud autem an non ante omnia ueniebat in mentem tibi? animam, si quidem antea uixisset, rerum præteritarum meminisse, uel recordari oportere. Veteres enim solebant omnes liberales disciplinas ἀναμνήσεις, id est, quasi quandam rerum ante actarum recordationem appellare. Deinceps & creatoris, & illius quæ mente percipitur pulchritudinis, unde longo tempore discesserat, recordatur. An ergo uitæ prioris, & earum, quas audisset, præceptionum, & eorũ quæ tulisset malorum, & patriæ & parentum, unde heri discesserat, penitus oblita esse crederetur? Et quæ ratio hoc dabit, ut rerum secundarum meminisse, aduersarum autem obliuisci credamur, cùm earum ipsarũ memoria magis magisq; animis imprimatur. Ego quidẽ hac ipsa de causa filium, aut famulũ, ob id quod cõmiserint peccatũ, puniens, antequã de ipsis supplicium sumam, præmoneo, ut meminerint, ne posthac unquam in eadẽ mala recurrãt. Deus autẽ, quãdo ultima supplicia decernit, nó edoceat eos, q patiunt, pœnarũ causas: sed sceleru-

ὴ ἑκάστω πάθος συχνὰ τὰ φάρμακα. ὅθεν ἡ τέχνη καλλωπίζεται. ἄλλ' ὁ μὲν ἰατρικῆς ἄπειρος, εἰ κατίδοι φάρμακον ὅτῳ πώποτε τὸ ἰαθὲν ἐπορέχθη. ὅδ' ἄνους λόγῳ μὴ ἐπισκήπτων ἐπεμβαίνων τῇ τέχνῃ ὧν μαθὼν φάρμακον, τοῦτο πάσιν ἐπάγει δῆσι κάμνουσιν· ὅδε διορίζων, ὁ πίσιν, ὁ κράσιν, οὐ χώραν, οὐχ ἡλικίαν, οὐ πάθος. ὧν οὐδενῶν γε τεχνικώτατον παρείληφεν. ἔλως δὲ πενίαν καὶ νόσον καὶ τὰ λεγόμενα κακὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οὐδὲν. οὐ γὰρ εἰς πλοῦτον ἢ σώματος ῥώμην, ἢ κάλλος αὐτοῖς ἡ παρασκευή. τοῖς δὲ φαυλοτάτοις συμφορά νομίζεται· ἀλλ' ὅμως κἀκείνοις ἔτι μᾶλλον σωτήριον. πᾶσαν γὰρ δίκην ἀδίκου μὲν ὥσπερ ἔλαιον φλόγα διεγείρει. λύπη δὲ καθάπερ ὁ μανδραγόρας κοιμίζει. οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς σώμασιν ἀλλὰ καὶ ταῖς ψυχαῖς τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα γίγνεται. οὐκ ἀεὶ δὲ μέλλουσα κακία νόσῳ προκατέλλεται. οὐ γὰρ ἔδει τὴν πρόνοιαν οὕτως εἶναι. ὡς μηδὲν ἡμᾶς εἶναι. πάντα γὰρ οὐσης προνοίας, οὐδ' ἂν εἴη. τίνος γὰρ ἂν εἴη. εἰ μόνον οἷόν τε θεῖον διὸ δὴ καὶ πατρὸς τῆς τῶν πεπτωκότων ἀδρωνείας αἰτιατέον. γίγνονται δὲ καὶ ἐκ φαλακρῶν, φαλακροὶ. καὶ ἐκ νοσούντων νοσώδεις. ὡς ἱπποκράτης βούλεται καὶ ἡ ἀληθὴς λόγος. καὶ ἀκολασία καὶ μέθη τὸ σωθέν πρόωρον κατέβλαψε. χεῖρον παρεχομένη τὸ σπέρμα καὶ ἀβίτυπον. ὡς μὴ ῥᾳδίως ὑπομένειν τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου μορφήν. οἷον ἀργυρος κίβδηλος, δι' ἀδρόνειαν ἀποφεύγει τοῦ δημιουργοῦ τὴν τέχνην, καὶ τὸ εἶδος ἀναίνεται. ὑπὸ δὴ θεῶν τὰ πολλὰ πρᾶτα καὶ παθήματα πίπτεται. καὶ οὐδὲ τοῦτα παντελῶς ἄχρηστα τῷ παντὶ. ἐλεγχος γὰρ ἀκολασίας γίγνεται. καὶ ἐγείρει καὶ ἐγρηγορέναι τοὺς ἄλλους ἀνατείθει, ὥστε νήφοντας εἰς παιδοποιΐαν ἰέναι. ἐπεὶ καὶ τῶν ἑβραίων τὸν νόμον προσίεμαι, ὃς τοῦ λελωβημένου τὸν πατέρα κατέλυσεν, ὅτι δι' ἀκρασίαν τῆς γυναικὸς τὸν καθαρμὸν οὐκ ἐπέμενεν. ὅθεν ἡ τῆς ὕλης πλεονεξία καὶ ἡ αἰσχίστου παιδὸς νόσος. καὶ ὁ τῶν λακεδαιμονίων νομοθέτης οὐ βουλεύσατο. οὐδὲ ταῖς γυναιξὶν ἀργεῖν συγχωρῶν. ἀμφοτέρων γὰρ ὄντων ἐρρωμενεστέρων ἐρρωμενέστερα καὶ τὰ τικτόμενα φιλεῖ γίγνεσθαι. οὕτως τῆς προνοίας ὁ λόγος, ὃν οὐδεὶς μέμφεται, πλήν. ἀλογία χρώμενος ὥσπερ οἱ τῆς γραφικῆς ἄπειροι.

utilitate sua carẽt cùm sint hominibus intemperantię non obscura reprehensio, eosq; excitent etiam, uti uigilent magis, atq; ad liberorũ procreationẽ sobrij potius accedãt. Quamobrem Hebræorũ legem ipse quoq; recipio, quæ mutili nati hominis patrẽ lapidib. obruit, eo quod tãtisper se cõtinere, atq; à muliere dũ munda fieret, abstinere nequiuerit. Vnde materiæ nimia copia, & turpissimus pueri morbus enascerẽ necesse fuit. Et Lacædemoniorũ legislator, hocipso Reipu. suæ præclarè cõsuluit, quod nec muliebri sexui quietis atq; ocij locum ullũ reliquerit: existimãs, si uterq; parens robore laborib. confirmato præpolleat, oportere etiam robustiores liberos gigni. Atq; hæc est illa prudẽtiæ ratio, quã nisi q; ratione recta destitutus est, reprehendit nemo. Quemadmodum etiam qui pingẽdi artem ignorãt,

scite, &

δὶ τὰ ποικίλα καὶ γλαφυρὰ καὶ χαρίεντα τῆς τέχνης κατίζουσιν.

Θεοφρ. Εἶτ' ἐκ αὐτῶν ἄλλον μὲν, πρὶν γένεσιν, τεθνᾶναι, μὴ δὲ, ὧν γέγονεν ἀδίκως. Ἀξιῶ. θεὸς ἐπ' ὠφελείᾳ συνέλλει, καὶ ὧν μακρότατον ποιῶν τὸν βίον. εἰ μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ θᾶττον ἀπέλθοι διεκόσμησε μὲν τῷ ὕλῃ πρὸν εἰσῆλθεν ἐπεδήκεν. αὐτὴ δὲ πρὸ τῆς βλάβης ἀπῆλθε. καὶ ποιήσαντα τὴν γνῶσιν τῆς πείρας, καὶ τῷ θνητῷ σώματος τὸ ἀθάνατον ἄμεινον ἔγνω. καὶ τῷ θνητῷ σώματι. τὴν ἀθανασίας μὲν λόγον ἐκατέπαυσε. καὶ τὸν ὄντας ἐκδιδάσκει μὴ παύτα τῇ φύσει πιστεύειν. ἐπὶ γὰρ αὐτῇ τοῦτο ἔχει τὸ κῦρος· ἢ γὰρ ἂν ὧν ἦν βροτὸς γένοιτο καὶ τὸν χρόνον διώρισε. καὶ τοῦτον ἄμεινον ἐχορήγησε. τὸ δὲ πρόνοιαν ποιεῖσθαι εἴτε ἄμεινον, εἴτε μὴ. πρόνοιας γάρ ἐστι φύσεως οὐκ ἔστιν. διόπερ αὐτὴν πρὸς τὸ λυσιτελοῦν τὸ διάφορον ἔχει. καὶ μετατίθησι ὡς ἂν τῷ ὅλῳ συνοίσῃ τὸ ὅλον διοικεῖν. εἰ δὲ ἦν ἐπὶ γῆρας ἀφικνεῖσθαι, κίνδυνος μείζονος δὲ τῶν ἄλλων ἀπήλαυσεν. εἰ τὰ πρειγμένα μαθὼν καὶ ποιήσας πᾶσάν τε σοφίαν καὶ ἀδιήμητον καὶ τέχνην εἰσαγαγὼν τῷ βίῳ. καὶ μὴ μόνον ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἅπασιν ἀκοσμήτους ἀπέλθοι. οὐ γὰρ ἐφῆκε τὸν αὐτὸν χρόνον ἅπασι διορίζεσθαι. ἢ γὰρ ἂν ἀσελγείᾳ συζήσαντες ἄνθρωποι, σωφροσύνῃ πρὸ τοῦ πολιὰν ἐπιδείξονται. καὶ φιλοκερδείᾳ τοῖς ἀλλοτρίοις φυφήσαντες, τοῦ γήρως τοῦ δικαιοσύνῃ προσβάλωσι. εἰ γὰρ νῦν ἀπολασίαν καὶ πλεονεξίαν οὕτω ῥᾴστα διώκουσιν, οὐκ εἰδότες εἰ μέχρι τοῦ ἑσπέρας βιώσονται. τί ἂν ἔδρασαν οὐκ εἰδότες ὡς εἰς γῆρας ἀφίξονται. μὴ δή τις φιλοχρηματείτω παιδίων γένεσα. ἀδύνατον νομίζων εἰ πρίν ἂν ἦν κλῆρον ἐλθεῖν, διαφθαρήσονται. καὶ μὴ δὴ θεῶν καὶ οὕτω νόμῳ πρὸ τῆς ὥρας γήϊους ἀπελθεῖν. καὶ πέρα ὅρου βιῶναι τὸν αἴσιον εἰ καιρὸς παλαίειν καὶ χρεία. πρόνοιας γὰρ πᾶς τὸ καλὸν πιθέσθαι. καὶ πᾶς τὸ κάλλιστον μεταπιθέσθαι. εἰ δὲ παγίως ὁ ὅρος ἵδρυτο, ἀνάγκης οὐ πρόνοιας ἐδόκει. νῦν δὲ τοῦτον ἐᾷ παραβαίνεσθαι τοὺς σωιένας δυναμένους ἐκδιδάσκουσα. ὅπου πρὸς οὐσίαν οὐ πρὸς ἀνάγκην εἰς τάξιν ἕκαστα τίθησι. καὶ πρὸς τὸ βέλτιον μεταπίθησι. καὶ ἡ νοῦν, ὁ μάτην. καὶ πᾶς διδασκαλίαν, ὁ πᾶς εἶναι ἀρίστη, καὶ ἐκ ἀρίστη.

interdum etiam picturas uariè, scitè, & ut delectare possint, factas reprehendant.

Theophrast. An uerò non iniquum est, alium quidem, ut primum natus est, uita priuari alium rursùs hac ipsa ad ultimam usque senectutem frui? Axioth. Vitam humanam Deus, utilitatis nostræ habita ratione, & ut breuior sit, contrahit, & ut sit diuturnior, producit. Etenim anima, si citius recedat, materiam cui formam dedit, eo ipso ornauit: ipsa uerò citra detrimentum suum discessit, quando generationis experimentum lucrata est, & oppositò sibi corpore mortali, quantò præstet immortalem esse, pleniùs atque meliùs cognouit: denique etiam immortalitatis rationem mortali corpori inseuit, atque homines reliquos edocuit, ne omnia naturæ credant. Neque enim hæc dominium uitæ habet: alioquin eam certis legibus extenderet, ac tempus eius terminis suis definiret, atq; adeò illam ipsam suppeditaret: nec utrum melius deteriúsue esset, magnopere laboraret. Prouidentiæ uerò, non naturæ munus hoc est. Vnde etiam ea secundum nostra commoda, diuersos hosce uitæ nostræ terminos figit, eósque ut rerum omnium moderatori usum erit, huc illucq; transfert. Sin aliquis ad ultimam senectutem perueniat, eò maiorum quidem certaminum periculum erit: sed si quæ proposita sunt didicerit ac fecerit omnia, omnemq; etiam sapientiam, & scientiam, & artem in usum humanæ uitæ introduxerit: hic postquam non modo sibi ipsi, uerū etiam uniuersæ terræ summo ornamento fuisset, è uiuis excessit. Neq; enim oportuit ijsdem terminis atq; spacijs definitum uitæ tempus omnib. dari: quando hoc dato, eò res delaberentur, ut homines multò minus pudicè uitam agerent, ac continētiam usq; in ętatem ultimam differrent: quiq; dum florerent ætate, rebus alienis frui consueuissent, iam senes facti, uix dum iustitiam seruarent. Ac si iam impudicitiam atque auaritiam adeò facilè persequuntur, cum nesciunt, an usq; ad senectā ultimā sese peruenturos certè scirent, facturos putes? Et ne quis liberorum suorum gratia pecunijs coaceruandis nimium studeret, ac potius cogitaret incertum esse, an prius intereat, quam hæreditatem adire possint: hęc quoque diuinitus introducta lex est, ut ante tempus è uiuis excędant aliqui: ac rursus, si tempus & res ferant, ultra terminum optimus quisque uiuat. Solet enim prouidentia non solum bene res constituere, uerùm etiam optimè, quæ constituta fuerant, quocunque par est transferre. Terminum enim suo loco fixum manere, uidetur esse necessitatis, non prouidentiæ. Interdum autem, ut fixum terminum transiliant aliqui, permittit, nempe ut eos, qui ingenio ualent, edoceat: solere sese, ex libera quadam ac nullis legibus astricta potestate, non autem ulla coactam necessitate, in ordinem rectum, quæ fiunt, cogere, atque ad id quod optimum sit transferre: idq; prudenter, & adductam aliqua ratione: non temere & frustra: ut doceat non ut cogat, uel concedere, uel non concedere.

Quę res potentię nõ imbecillitatis: industrię, non ſocordię ſignificationem habet. Nemini igitur mirum uideri debet, ſi corporib. accidant innumera huius generis incõmoda cum non accidant citra grauem aliquam cauſam: ac ſæpe materia, ſuis ipſa uiribꝫ deſtituta, animę comitẽ ſe præſtare non poſsit, & priuſquã bene & pulchre uideatur, cadat. Ex quo cognouerunt qui cum creatore materiam ſimul conferunt, & paris momẽti ducũt, quod hęc ſit ultimũ quiddam non principium: imbecillis, nõ uirtute pari prædita: aliunde non ex ſe uitam nacta. Sed & interdũ materia, corpore iam ornata cõfunditur atq; diſſoluitur: cum eam aut irruens fera diſcerpſerit, aut incidens in ipſam lapis contriuerit. Nonnunquã etiam homo uel nimio potu ſuffocat, uel potu nullo prorſus uſus occumbit. Nec raro ſatietas atq; fames idem fecere. Quinetiã hoſtis irrues obuium quendam iugulauerit, & undę maris demerſerint, aut terræmotus abſumpſerit, aut fulmen proſtrauerit. Quamobrẽ cum hominib. adeò multæ & uariæ res eueniant non eſt illud inopinatũ quiddam, ſi quis illarum aliqua intercipiatur, multoq; magis mirandum eſſet, ſi tot caſus omnes effugerent. Hęc enim ſingula ſi cõſideres, contrarium eſt alterũ alteri: ſin uniuerſa reſpicias, congruunt. Habet enim hoc ipſum harmonia, ut ex cõtrarijs ſonis cõcentum unum efficiat. Iam ſi pater eius qui perijt, filij, inuiſus fuit, ut maiore dolore affectus, æquior ac melior euadat, eo caſu minime potuit impediri. Sin autem iuſtus fuit, hoc ipſo ad illuſtriorẽ uirtutis probationem deuenit. Nihil enim fortaſſe puer ille præclare & fortiter facturus fuerat. aliõquin ſupra quàm ſperari uel optari poterat, ſaluus conſeruatus eſſet. Veluti ſæpe & multum uſu uenisſe ferunt. ut quod Pelias, Telephus, Cyrus feris obiecti, ab his nutriti atque educati ſunt quibus paſcendis ac nutriendis expoſiti fuerant. Futurum enim erat, ut magnas ipſi res atque ſtupendas gererent. Quemadmodum & Hercules fertur, rupta, qua uehebatur naui, à quadam balena deuoratus, & nihilominus ſaluus conſeruatus eſſe. Et colligi poſſet ingens heroum turba, eorum, qui cùm in pericula maxima incidiſſent, tamen ope diuina magis quàm ſpe & expectatione ſua ſemper euaſerunt. Rurſus non pauci ſunt, qui in his ipſis, in quæ inciderant, malis capti atque irretiti perieruut. Idq; perinde omnino accidit, ut uidebatur & ijs, qui inciderant, & illis, qui ſpectabant utile fore. Alijs morbus læſę mentis ſedatus eſt: in alijs rurſus horrendus uiſus eſt. Sæpe etiam qui uirtute eſt præditus, miſeriarum aliquid perfert, nempe ut ne ſe ipſum efferens, ipſam uirtutem contumelia atq; iniuria afficiat, néue qui ab illo ſæpe conſeruati ſunt, obliti mortalis naturę, iam ipſum Deũ, non amplius hominis loco habendũ putent. Quo morbo plerique Græcorũ, Thracum, Aegy-

τῶν τε δὲ δυνάμεως ὲκ ἀδῳνείας. καὶ ὧδ μελείας οὐκ ἀργίας σύμβολα γίγνεται. μὴ δὴ θαυμαζέτω μηδεὶς, εἰ τῷ σωμάτων μυεία τὰ συμπτώματα γίγνεται, οὐ γὰρ μάτην ὧδ γίνεται, ἀλλὰ πολλάκις μὲν ἀδυνατήσασα ἡ ὕλη ὧδε ἀπεθάνατο ψυχῆ πρὶν δὴ καὶ καλῶς ὀφθῆναι, κατέπεσεν. ἐγνωσαν δὲ οἱ θεοὶ δημιουργῶ τῇ ὕλῃ ἅμα συνεισφέροντες καὶ ἰσόῤῥοπον ἄγοντες, ὡς ἐχάτερον οὐκ ἀρχὴ καὶ ὡς ἀδῳνὶς οὐκ ἀντίπαλον καὶ ὡς ἐξῃδεν οὐ πρὸ ἑαυτῆ ζωῆς ἀπήλαυσεν. ἤδη δὲ καὶ δημιουμβῆσα τὸ σώματος ἡ ὕλη, συνταραχθεῖσα καὶ δηλύεται. ἢ γὰρ ὧδῑθέμενον θεῖον διεπάραξεν, ἢ λίθος ἐμπεσὼν ἐπάραξεν. γνῶσι δὲ πολλὰ πεπωκὼς αὖθρωπος, ἀπεπνίγη, ἢ οὐδὲν πεπωκὼς ἀπέθανε. πλησμονήν τε καὶ λιμὸς τὸν ἐδρασαν· καὶ μὴν καὶ πολέμου εἰσβαλὼν, ὃν πεποιούντα κατέσφαξε, καὶ κατέκλυσε θάλασσα, καὶ σεισμὸς κατέχωσε, καὶ σκηπὸς ἀφάνισε. καὶ οὐ παραδόξου εἰ πρότων γὲ μέσῳ συμπτωμάτων ἁλώσεται. ἀλλ' εἰ πάντα διαφύξεται. γὰντίον μὲν γὰρ ἄλλῳ ἄλλο. ὃς δὲ παντὶ οὐδεγὲ. ἁρμονίας γὰρ καὶ τοῦτο, ὃς γὰντίων τῶν φθόγγων μίαν τὴν μελῳδίαν ἐργάζεται. εἰ μὲν οὖν ἁδίκου ὁ τοῦ διεφθαρμένου πατὴρ ἵνα μᾶλλον ἀλγήσας ἔσαι μετριώτερος, οὐ διεκωλύθη τὸ σύμπτωμα. εἰδ' αὖ δίκαιος, εἰς λαμπροτέραν δοκιμασίαν ἀπέβη. οὐδ' γὰρ σεμνὸν, οὐδὲ νεανικὸν ἐμέλλεν ὁ παῖς ἐκεῖνος ἐπιδείκνυσθαι. ἢ γὰρ αὖ ἐκπαραδόξου καὶ κρεῖττον δύχης διεσώθη, οἷα δὴ πολλὰ γέγονε πολλάκις. λέγεται γοῦν πελίας τε καὶ τήλεφος καὶ κῦρος ἄρτι τεχθέντες ἐρῥιφέναι τῶν θηρίων γὲ μέσῳ, ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τούτων τρέφεσθαι, ἃ τρέφειν ὑπετέθησαν. ἐμέλλον γὰρ μεγάλα ὄργα καὶ θαυμαστὰ ἐργάζεσθαι. ὥσπερ καὶ ἡρακλῆς ἄδεται, διαῤῥαγείσης αὐτοῦ γὲ νεὼς ἐφ' ἧς ἔπλει, ὑπὸ κήτους καταποθῆναι καὶ διασώζεσθαι. ὑπῆρξε δὲ πλῆθος ἡρώων μέγιστον κίνδυνον ἐμπεπωκότων, καὶ κατὰ θεῖον, οὐ κατ' ἐλπίδα διαφυγόντων. οἱ δὲ πολλοὶ τοῦ συμβεβηκότι παρατυχόντες ἁλίσκονται. παύτως δ' ἐπ' ὠφελείᾳ αὐτῶν τε καὶ τῶν θεωμένων. τοῖς μὲν γὰρ ἐκ παιδιανοίας ἡ νόσος. τοῖς δὲ φοβερόν ἡ νόσος ἐφαίνη. πάθοι δ' ἂν καὶ ὁ κεκτημένος τὴν ἀρετὴν. ὡς μήτε αὐτὸν ἐπαρθέντα τὴν ἀρετὴν ὑβρίζειν, μήτε τοὺς πρ' αὐτοῦ πολλάκις διασωθέντας γὲ φύσεως ἀθλαθομένους. θεὸν δὲ αὖθρωπον ἀνατρέπειν ἢ αὖθρωπον, ὃ δὴ πολλοὶ τ' ἐλπήνων καὶ θρακῶν

καὶ αἰγυπτίων καὶ ἰταλῶν πεπόνθασι, τοὺς ἐκ τῶν εὐεργέτας ἢ ὅλως ἄρχοντας, οὐχ ἥρωας ἀλλὰ θεοὺς νομίζοντες καὶ προσκυνοῦντες. καὶ οἷς θεοῖς τελούμενοι καὶ θύοντες. τὸν γοῦν Μενέλεων, καὶ νὴ Δία τὴν Ἑλένην μετὰ τὸν Ἀλέξανδρον, μετὰ τὸν Δηίφοβον ἐπὶ θεραπαίναις τῶν Λακωνικῶν τοῖς θεοῖς συναριθμοῦσι μετ' ἐκεῖνον ἄλλοις, θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι θεραπεύοντες. τὸν δὲ τῶν Σεμέλης Δία νομίζουσι, καὶ τὸν ἐκ Ἀλκμήνης Ἡρακλέα μέχρι τῶν Ἡρακλείους στηλῶν, θεοὺς εἶναι πάντες ἐπιφημίζουσιν. οὓς ἐξελέγχει θνητοὺς γεγονότας ὁ Πορφύριος. τοὺς γὰρ δαίμονας διαγράφων τῷ λόγῳ, λέγει· ποῦ τοὺς φαυλοτάτους δαίμονας τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι λόχους καὶ ἐνέδρας καθίζειν καὶ ἐξαίφνης ἐπιτίθεσθαι, καθάπερ ἥρᾳ τῷ Διονύσῳ καὶ Ἡρακλεῖ, οἰκοῦσι τὴν Θρᾴκην. οἰκεῖται δὲ ποταμῷ ἴστρῳ παροικοῦντες, οἱ τὸν Πυθαγόρου θεράποντα, σάλμοξιν ὄνομα, φυγάδα γεγονότα, καὶ τὴν τοῦ Δεκάστου φιλοσοφίαν ὑποκρινόμενον, μόνον θεὸν ἄγουσι. τοὺς καλοὺς καὶ βελτίστους ἀποφαίνοντες αὐτῶν, ἀθανατίζουσιν ὡς οἷόντε. τὸν δὲ πρωτεύς θεὸς ἐν Πάφῳ τῶν αἰγυπτίων νομίζεται. καὶ ἡ Ἑλένη τῶν ἱερῶν αὐτῷ κοινωνεῖ. ὃν ἔξεστιν ἀφροδίτην ὀνομάζουσιν οἱ τελούμενοι. τὸν Ἰταλοὶ θεοῖς συναριθμοῦσι τοὺς βασιλέας ἅπαντας καταλέγοντες. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, πρισκαιδέκατος θεὸς παρ' Ἀθηναίοις ἀνηγορεύετο. ἀλλὰ πολλάκις τραυματίας γενόμενος τὸν νοσήσας, καὶ ἐπειδὴ ἀπέθανεν, ἐγνώσθη τῇ φύσει θνητὸς ὑπάρχων, ὁ τέως εἰς τοὺς θεοὺς ἀναγεγραμμένος. ἔστω καλὰ τοῖς ἀνθρώποις μαθήματα, τὰ τῶν καλῶν παθήματα γίγνεται. Θεόφ. οὕτω λέγεις μοι δοκεῖς. τὸν δὲ καλὸν ὡς ἔοικε μετατίθεσθαι. ὁ γὰρ ἐπὶ μετὰ τῶν γενομένων ὀλίγον ἐκβιάζεται προβεβιωκέναι τῇ ψυχῇ ὁμολογεῖν. ἀξιῶ. Καλῶς γε ποιῶν ὦ ἑταῖρε οὐ γὰρ ἐθελήσει λόγῳ γραμμὴν ψυχὴ μετὰ τὴν πεῖραν τοσοῦτον κίνδυνον αὖθις ἀναπλῆναι. ὃ ἔξεστιν ἡμῖν δ' ὑστερον ἀγωνίζεσθαι. ἱκανὸς γὰρ ὁ παρὼν βίος πρὸς ἐπίδειξιν. οὐ θυσίας γε ἐκ παιδὸς ἡ τῆς ψυχῆς δυάμεις τῷ ἀγωνοθετοῦντι δηλοῦσιν. δυεξία τε ἡ καχεξία πρὸ τῶν παλαισμάτων γνωρίζεται, τὰ ὕστερον ἐπιτηδεύματα καὶ προαιρέσεις καὶ πράξεις, ὀλίγα τὸν θεατὰς λανθάνει, μήτι γε τὸν κριτήν. διὸ πρὶν ἀναμεῖναι δεύτερον βίον· δεύτερον δοκιμασίαν ὥσπερ οἱ τὰ πόνηρα μὴ δεδιηνεκῶς πονοῦντες, μὴ τὰ μέλλοντα πονηρεύσασθαι. ἀλλὰ τὴν μὲν δεδοκιμάκαμεν τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ δυεξίαν ἡ τέχνη ἐπιδεδειγμένην.

Aegyptiorum, Italorum laborarunt: qui uel homines, à quibus beneficiorum aliquid acceperant, uel etiam magistratus atque principes suos, non heroès, sed eos esse existimarunt: hísque ut dijs immortalib. & initiati sunt, & uictimas obtulerunt. Ergo Menelaum, & per Iouem ipsam quoque Helenam, post Alexandrum & Deiphobum inter ancillas Laconicæ dijs annumerant, cúmque ijs unà colunt, ac sacrificijs, & suspensis ad eorum aras, donis prosequuntur. Bacchum autem Semeles filium, & Alcmena illa natum Herculẽ, profecto deos esse, quotquot hinc usque ad columnas Herculis habitant, omnes asseuerant. Quos tamen mortales fuisse natos Porphyrius conuincit, cùm scribit alicubi, sceleratissimos dæmones optimis uiris insidias tẽdere, eosq; repente atq; improuisos adoriri: ueluti Bacchum atq; Herculem; Iuno. Habitant in Thracia ad Istri fluminis ripas Gethæ, qui Pythagoræ seruũ, Zamolxim, fugitiuũ, & heri sui philosophiam profiteri ausum, solum esse deum autumant: eiq; pulcherrimos atq; optimos quosq; ex suis mactatos immortalitati solent, ut eorũ fert opinio, consecrare. Protheus etiã Aegyptijs uidetur deus esse: atq; eius sacrorum Helena, quam, qui sacris illis sunt initiati, Venerem Hospitam uocant, partem eũam ipsa capit. Et Itali priscos reges suos, quotquot ex animalibus coligunt, in numerum deorum omnes retulere. Alexander autem decimus tertius deus apud Athenienses numeratur. At ille sæpe saucius, sæpe æger, demum uita defunctus, qui nihil humana natura haberet maius, exploratè cognitus est & deprehensus homo: & tamen in numerum deorum relatus. Ergo uirorum illustrium ærumnæ præclara sunt hominibus & illustria documenta. Theophrastus. Recte mihi quidem tu uideris hęc docere. Nec mihi probatur amplius illa trãsmigratio. Neque enim eorum quæ facta iam sunt, quicquam cogit, ut animam antea uixisse confiteamur. Axith. Rectè sanè facis amice. Neque enim uolet ratione prædita anima, ad tanta, quæ iam antea est experta, pericula denuo sustinenda redire. Nec concessum est etiam nobis in certamen illud iterum prodire. Sufficit enim præsens hæc uita, ad cuiusque uirtutis demonstrationem. Et certaminis huius magistro, uel etiam in puero, statim animi uis ostenditur: ac siue bonus siue malus sit animi habitus, priusquam ad certamen ueniatur, innotescit: quæq; post sequuntur studia, consilia, facta, non modo non iudicem, sed ne spectatores quidẽ ipsos latere possunt. Quamobrem nec uitã, nec probationẽ alterã expectant: ut qui nec dignoscũt præsentia, nec præsciũt futura. Iudex autem eam animam, quæ uirtute sua luctã hãc ornauit: quæ bonæ indolis atq; artis specimẽ de se præbuit:

quæ omnes eius leges seruauit: ut uictricem iam coronã nectare, honoribus, cœlitum consortio dignatus est, unde fas non est eam unquam excidere. Inertem autem & ignauã, & stolidam, & futilem: itémque & theatrum turbare, & leges confundere solitam, statim ut uinculis corporis soluta fuit execratus in pœnarum carcerem demisit: unde fas non est unquam effugere. Theophrastus. Vnde ergo tot certatores accersit, cùm tam longis temporibus, adeo multi iam antea è palæstra excesserint? non enim dicis, opinor, eosdem omnes fuisse. Axith. Nequaquam. Theophrastus. Vnde ergo, dic sodes. Axith. Deus omnia, quæ quidem procreantur, ipse nihilominus hoc ipsum quod est permanens, facit: neque alia cùm facit, in substantiam aliam ipse mutatur: neque multa cùm promit, ipse consumitur. Sed eò magis totus integer manet, quod subinde maiorem rerum copiam facit. Nam ei, non ex singulis ijs quæ nascũtur, uerum ex hoc ipso, quod rerum conditor aliàs est, opificis nomen datur. Quemadmodum etiam in hominum rebus atque negocijs, architectus non in ea, quæ facit, ædificia diuiditur: nec propterea quod multa facit, ideo uel de eius anima, uel de tota eius scientia, quicquam decedit: liget iam delubra, iam ædes, modo naues fabricet. Igitur manet primus rerum conditor, manent etiam quæ sunt ab eo procreata, eáque ipsa ab eius nutu & prouidentia pendent. Omitto ergo, quod quærebas, unde sit hæc in theatrum prodeuntium tanta copia: quando de nobis ipsis hoc potius, quàm de summo rerum cõditore quæri posset: quódque rerum omnium opifex præstare & efficere possit omnia, uel mulieribus asseuerantibus crede. Quid enim unde ueniant, qui in theatrum intrant, certatores, quæras: cum is ipse qui certamen hoc instituit, eos omnes accersat, hócque eius edictum opus naturæ statim fiat? Eodem consilio superas illas mente & intelligentia præditas facultates produxit, neque earum ulla, unde nam esset, ausa est scisciscitari. Eeodem modo cœlum pariter ac terram fecit: quorum illud astris, hanc plantis ornauit. Vides etiam plantas, partim enatis iam fructibus grauatas, partim nondum natas parturire: tum ubi tempus fuerit, huic iterum edicto obsequi, & flores protrudere, & uirere, & tandem perfectos fructus edere: ui illa facultatéque naturali, qua præditæ primum genuerant, intus manente, sæpéque & iterum fructuum copiam suppeditante, ita ut radix, non modo non corrumpatur, uerum etiam firmior ac ualidior fiat. Quid igitur mirum, si supremus ille rerum opifex, omnia, quæ & futura sunt, & iam olim facta, comprehendat: & eorum unumquodque, qualecunque uult, quóque tempore conuenit, quáque forma pulcherrimum est, arte & sapientia sua profert?

καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ νόμοις ἐμμένουσαν. ὡς νικῶσαν ἐστεφανῶσε νίκτωρός τε καὶ τιμῆς, καὶ τῆς ἄνω χορείας ἠξίωσεν, ὅθεν ἐκπίπτειν οὐ θέμις. τὴν δὲ ῥᾳθυμον, καὶ ἀνάβροον, καὶ αὐάντορ, καὶ ἀλλοκότορ. καὶ διαταράττουσαν μὲν τὸ θέατρον, τοὺς δὲ νόμους συγχέουσαν, μισήσας δεδεκε τῆς φρουρᾶς εἰς τὸ τῆς τίσεως δεσμωτήριον ἀπεπέμψεν ὅθεν ἀποδιδράσκειν οὐ θέμις. Θεοφ. Πόθεν οὖν εἰσκαλεῖται τοὺς πολλοὺς τούτους ἀγωνιστὰς τοσούτων γε δὴ μακρῷ χρόνῳ προεξελκυθότων, οὐ γὰρ τοὺς αὐτοὺς λέγεις. Αξίθ. οὐ μὰ δῶ; Θεοφρ. ἀκοῦσ πόθεν ἐστί μοι. Αξίθ. Θεός μέν πῃ ἔστιν, ποιεῖται τὰ γιγνόμενα, ἀγαρ ἄλλα ποιῶν ἄλλα ἠλλαχέται, οὐδὲ πολλὰ προβαλόμενος ἀναλίσκεται. ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ὅλος μένει, ὅσῳ μᾶλλον πλῆθος ἐργάζεται. ἀγὰρ ἐκ τῶν καθέκαστ γινομένων, ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ δημιουργὸς ὁ δημιουργός. ἐπεὶ καὶ παρὰ ἀνθρώποις οὐχ ὁ τεκτονικὸς εἰς ἃ δημιουργεῖ διαμερίζεται, οὐδὲ πτῆς ψυχῆς, οὐδὲ τῆς ὅλης ἐπιστήμης ἀφίεται. οὐδὲ εἰ ναῦν μὲν ἱερᾶ, ναῦν δὲ οἰκίας, ναῦν δὲ ἐνετώρια τεκτήνεται. ἀλλὰ πρῶτος μέν ὁ δημιουργός, μένει δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ γιγνόμενα τῆς αὐτοῦ προνοίας δέομενα. ἀναθέμενος οὖν ὁ πόθεν, πόθεν ἐμὲ γὰρ καὶ σὲ τοῦτο ταῖς δὲ γυναιξὶ πιθόμενον, ὅτι δὴ δημιουργῶ τῶν ὅλων οὐδὲν τῶν ὅλων ἀδύνατον. μὴ ζήτει τοὺς ἀεὶ καταβαίνοντας ἀγωνιστὰς ὅθεν ἕκαστοι ἔρχονται. αὐτὸς γὰρ ὁ τὸν ἀγῶνα παθεὶς εἰσκαλεῖται. καὶ τὸ κήρυγμα φύσις γίγνεται. ὅτῳ βουληθεὶς τὰς νοερὰς δυνάμεις ὑπέσυρε, καὶ ἐδέμιᾳ πόθεν ἐρωτᾶν ἐπέρθη. ὅτῳ γὰρ ἐρανὸν καὶ γῆν γεωποίει. καὶ τοῖς ἄστροις. τῇ δὲ, τοῖς φυτοῖς διεκόσμει. ὁρᾶς δὲ που καὶ τὰ φυτὰ γῆν ἤδη βρίθοντα τοῖς καρποῖς. τὸς δὲ μήπω γεγομένους ὠδίνοντα. ὅταν δὲ πάλιν καιρὸς καλῇ, πάθεται γὰρ κηρύγματι, καὶ ἐξάγει καὶ ἐπικφαίνει, καὶ ὅλως τελέους ἀποδίδωσι τοὺς καρπούς, τῆς δυνάμεως δι' ἧς τὸ πρῶτον ἀπεγεννήσαν γῆν μενούσης. καὶ πάλιν καὶ πολλάκις τῶν καρπῶν ἀφθονία. τῆς δὲ ῥίζης ὅλη πάλισκεται. ὅπῃ μὴ καὶ βεβαιοτέρα γίγνεται τί. οὖν ἔτι θαυμάζομεν εἰ ὁ δημιουργὸς ἅπαντα πόθεν ἴσμεν τὰ γεγόμενα καὶ τὰ μέλλοντα ἔστε θαν. ἕκαστον δὲ οἷον ἐθέλει ὅτε προσήκει, καὶ ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι, σοφίᾳ καὶ τέχνῃ προφέρει.

Theophrastus.

Θεόφρ. Ἀλλὰ τί ποτε τὰς μὲν ἄλλας λογικὰς δυνάμεις οὐ προυπέστησεν ὁ θεὸς οὐ διώρισε. τὰς δὲ τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς λογικὰς οὔσας, ἔτι οὐ νῦν προβάλλεται; ἀξίως ὁ ἀγαθὸς νομοθέτης ἐκ ἀναμένει πάντ' ἀνθρώπων τὰ πάθη, διαπεσοῦν γὰρ ἤδη τοῦτό γε, ἀλλὰ μηδὲ τῷ ἀρχῷ γενέσθαι προλέγει. ἐπεὶ οὐ τὰς πόας, οὐ τὰ πολλὰ φάρμακα καὶ ἰάσεις πρὸ τῶν νοσημάτων τῇ γῇ προέτρεψε πίζαι κελεύει, οὐ νεῦν προεῖδεν ὁ θεὸς ὅτι τὰς λογικὰς δυνάμεις θαυμάσαντες ἄνθρωποι ἀνάρχους τε καὶ ἀγενήτους νομίσαντες, καὶ πολλὰς ἀρχὰς οὐ μυρίους θεοὺς ποιησάντες δημοκρατίαν ἄτακτον ἀντὶ τῆς τεταγμένης μοναρχίας εἰσήσουσιν. οἷς καὶ τὴν αἰθέριον κόσμον ἐπαινέσαντες καὶ ἐν αὐτῷ σωτῆρα θεὸν ἄναρχον οὐ ἀγένητον ἔφασαν. οὐ οἱ πάνυ φιλοσοφίᾳ σφριγῶντες, εἰς φαντασίαν ἄλογον ἐξώκειλαν. διὰ τοῦτο τὰς ἡμετέρας ψυχὰς λογικὰς οὔσας, ἔτι οὐ νῦν προβάλλεται παράδειγμα τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, καὶ διὰ σπανιότητα τῶν προυφεστηκότων ὡς ἐξ ἑνὸς δημιουργοῦ πάντα, καὶ ἐκ μιᾶς ἀρχῆς πᾶσαν λογικὴν καὶ νοερὰν δύναμιν καὶ οὐσίαν προῆλθε, καὶ ὅτι πρόεισι, μὴ ἀπιστήσητε εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς νεωστὶ φυομένους ἀποβλέποντες. οἷς ταῖς προυπαρχούσαις οὐσίαις ὁμοίως ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν βαδίζετε. καὶ μέχρι τῆς πρώτης ἀρχῆς ἀναβαίνετε, οἷον ἀμέλει ἐκ τῶν ἐγγυτέρω τοῖς ἐρανίοις σώμασι πεπτώκητε τῷ σελήνῃ μόνῃ ἀσθενῶς παρῆκε φθίνειν καὶ ἀφιέναι τὸ φῶς, καὶ πάλιν ἄρχεσθαι, καὶ νεωτέραν γίγνεσθαι. ὡς οὖ μὴ φθῶ τῶν ἄνω σωμάτων ἀγήρων ὑπονοήσαντες, οὕτω ἀλογίας τι πάθοιμεν. ὥσπερ οὖν ἐκ τοῦ ἐγγύτερον τῶν ἀστέρων ἄρτι φανέντος καὶ ἀφανιζομένου, οὐ τὸν αὐτόθεν γνώσεσθαι παιδευόμεθα. ὅτως ἐκ τῆς τελευταίας λογικῆς οὐσίας τῆς ἀνθρωπείας ψυχῆς νεωστὶ προβαλλομένης, καὶ τὰς πρὸ αὐτῆς λογικὰς δυνάμεις ἐκ τοῦ δημιουργοῦ τῷ ἀρχῷ εἰληφέναι καλῶς ὁ λόγος κατείληφεν. οὐδὲν γὰρ ἀργὸν οὐδὲ περιττόν. ἓν μάτην ἐργάζεται. εἰ δὲ γε ὄντως ἐν ἀνθρώπου τῇ μίαν ψυχῇ προυπάρχειν πολλῷ δὲ ὕστερον τὸ σῶμα συμπεπλάσθαι φήσομεν, ἀργήσειν αὐτὸν καταδεῖναι οὐ πρὶν ἦς χρόνον τοσοῦτον ἡ ψυχὴ, οὐ ἐκ ἐδύνατο ἐνεργείᾳ τὴν δυναμιν. οὐδὲ ἔτι ὅπως ἔχει. ταῦτα γὰρ καὶ ἐν κεφαλαίῳ. ἀργότερα ἢ μᾶλλον ἢ ἀρίστη. ὧν ἡμεῖς ἀδιάφθορον καὶ νεοτελῆ καλεῖτε.

Theophraſtus. Qua uero de cauſa, Deus illas alteras mente & ratione præditas facultates, & initio procreauit, & certo numero definiuit: humanas autem animas, quæ & ipſe mentis ſunt & rationis compotes, ſubinde adhuc producit? Axith. Optimus ille legiſlator, non omnes hominum morbos, dum erumpant, expectat: hoc enim eſſet eius, qui ſolum modo iudicis fungitur officio: tantum autem principiũ ortus eorum prædicit. Nam & herbas, & multa pharmaca, & remedia, antequam ulli eſſent morbi, terræ ut proferret, mandauit. Equidem præuidit deus, quod deinceps accidit, ut homines illas ipſas ratione præditas facultates admirati, & nullũ ſui principium habere, & nunquam natas eſſe exiſtimarent: itemq; multa principia & innumeros deos ſtatuerent, eoq; ipſo democratiã quandam inordinatam introducerent, illa uidelicet optimè inſtituta monarchia repudiata. Qui etiam hunc ipſum, qui noſtris eſt expoſitus & percipitur ſenſibus, mundũ, diuinis laudib. celebrarunt, & deum, qui ũt ab æterno, nec unquam ex quoquam natus, eſſe ſtatuerunt: unde & qui in philoſophia plurimũ pollebant, in opiniones ſanè quam abſurdas impegerunt. Qua de cauſa noſtras animas, etſi rationis compotes eſſent, nihilominus quotidie adhuc creat, uidelicet indiciũ ipſius potentiæ: & documentum iam olim procreatarum facultatum originis: quã hæ ſeu ratione, ſeu mente & intelligentia præditæ facultates & ſubſtantiæ, ex eodem omnes opifice, atque ex eodem omnes principio trahãt. Ac quod hinc illæ quoq; prouenerint, facile credetis, ſi in uos ipſos recens creatos animos conuerteritis: quippe qui perinde ut illæ iam olim factæ ſubſtãtiæ, ſupra mortalium rerum curam in ipſum cœlum contenditis, atque etiam ad principium primum uſque aſcenditis. Quod certè in cœleſtibus corporibus itidẽ fecit. Solam enim ex omni ſyderum numero lunã, uoluit lucẽ ſuã modo minuere & remittere, modo reſtaurare, quaſiq; ad iuuentam denuo reuerti. Nempe ut cogitarẽt homines ſuperiorũ illorum corporũ nullũ prorſus eſſe quod nõ ſit natũ, quódue ſuapte ſpõte exiſtat: hocq; abſurdo errore abſtineremus: ac potius ex infimo illo ſydere, quod etiãnũ modo magis, modo minus lucere cernimus, ſuperiora quoq; illa facta eſſe colligeremus. Eodẽ modo, ex anima humana, illa uidelicet ultima, ac nuperè procreata, quæ rationis eſt particeps etiã ipſa ſubſtãtia, eas etiã, quæ ſunt ante ipſam creatę, ratione præditas facultates, ex eodẽ opifice exortas eſſe, ut colligamus, ipſa ratio ſuadet. Nihil enim ille ocioſum, nihil ſuperfluũ, nihil fruſtra fecit. Sin demus, cũm unus homo fuiſſet unã etiã animã iã antè extitiſſe, corpus autẽ longo poſt tẽpore effictũ: ocioſa profecto fuit anima, priuſquã in corpꝰ deſcẽderet, & tãdiu ſuperflua, ſeu fruſtra cõdita, nec potuit uires ſuas exerere, neq; qd quãtúmue poſſet, ipſa ſcire: quæ omnia, poſtquã de ſcẽderit, demũ acquirit. Ea uerò, quã uos incorruptã ac recẽs effectã appellatis, ocioſa potius erit quã bona:

quando corporis usum prius non est experta, sed iam primum nata uiuit: cuiusmodi Bacchi atque Herculis Thebis fuisse ferunt. Sed si quæ apud superos antea uersata, aliquid isthic egit: post ubi descenderit, uacuam, desertam, & in ocio sedem suam reliquerit, necesse est. Reliquæ enim facultates, ut primum prodiere, & quo loco oportuit, collocatæ sunt, & suum quæque munus obire, & ministrare, & subseruire, & curare iussæ. Humanã autem animam illi, postquam cõstituere longum tempus in ocio, sero tandem uinctam in sepulchrum, nempe corpus mittunt. Equidem ei iniunctum hoc est, ut terram ornet ac iuuet: minimeq; hominis esset, si cessaret quæ ad dei cultum pertinent prædicare, & ut nullus deo uacuus sit locus, efficere. An ergo nó præstat, eam, ut primum prodierit, commissum sibi munus obire, quàm perinde ac si nódum esset nata atque perfecta, adeò diu cunctari, eóque ipso quod initiò nihil agat, suam ipsius uim facultatemq; prorsus omnem ignorare? Actio enim quid aliud est, quàm quædã cognitio demonstratioq; uirtutis? Theophr. Sed si tempore certo & definito prodit, quî potest esse immortalis? Axith. Non alius est qui superiores illas facultates creat, & alius rursus, qui hominis animam condit: sed unus idemq; & illas, & hãc ipsam producit. Quod si idem sit, non erit nouum aut rarum quiddam, quod una facultas, una scientia, & olim & etiamnum hanc efficiat. Eiusmodi enim est supremus ille rerum opifex, ut neque eius potentia consenescat, neque eius scientia limitibus ullis circumscribi concludíque possit. Quamobrem aut ne illas quidem immortales esse fateamur. aut etiam hanc immortalem esse concedamus necesse est. Hæc enim perinde ut illæ, ad principium primum usque ascendit. Et certe Deus, nullam earũ, quæ sunt rationis compotes, substantiarum mortalem fecit. Quî igitur factum esset, ut suam hanc legem transgrederetur, cum nostram animam crearet: quam & si non communi secum substantia donauit, similem tamen, quasiq; quandam sui ipsius imaginem fecit? Ac si quidem ei philosophari libeat, Dei similis euadit. At

ἢ μὴ πρότερον ἐπειράθη σώματος, ἀλλὰ πρώτιστα γένεσιν τήνδε βιοτεύει. ὅθεν ἡ τοῦ Διονύσου καὶ Ἡρακλέους φύσις θήβαις λέγεται γένεσθαι. εἰσὶ δ' αὖ πως τῆς διωρισμένης αὐτῇ προθεσμίας. ὕστερον ἐπειδὴ κατέβη κενὸν καὶ ὄρφνον καὶ ἐν ἀργείᾳ τινὶ ἑαυτῆς χώραν καταλελοιπὸν. ἀνάγκη γὰρ ἅπασαι δυνάμεις, ἅμα τε προῆλθον καὶ ἐτέχθησαν, οὗ δεῖ ἑκάστου. καὶ ὅτι χρὴ λειτουργεῖν καὶ διακονεῖν καὶ ὑπηρετεῖν, καὶ φυλάττειν. τῷ δὲ ἀνθρωπίνῳ ψυχῷ μακρόν τινα χρόνον ἐν ἀργείᾳ καθίσαντες ὀψὲ ποτε δεσμώτην εἰς σῆμα τὸ σῶμα πέμπουσι. καί μοι τῷ γε διακοσμεῖν αὐτὴ προστέτακται. ἐπεὶ οὐδὲ ἀνθρώπου ἐν ἴσῃ πᾶσιν τὰ τοῦ θεοῦ κηρύττειν ὄργια. ὡς μηδ' ἁπάντων ἄθεον πέφυκε θεωρᾶσθαι. ἀκουῶ ἄμεινον ἅμα τε πορευθεῖν τὸ προστηκόμενον ἐκτελεῖν, ἢ ἀγόνου καὶ ἀτελοῦς ἁπάντων διημένειν, ἢ τῷ μὲν τῶν ἀρχῶν φέρεσθαι, τῶν ἑαυτοῦ δυνάμεων πάντελῶς ἀγνοεῖν. ἐπίδειξις γὰρ καὶ γνῶσις δυνάμεως ἡ ἐνέργεια. ἀλλ' εἰ χρόνῳ προσέρχεται πῶς ἀθάνατος. ἐκ ἄλλου τὰς ἄνω δυνάμεις, ἄλλου δὲ τῷ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῷ δημιουργεῖ, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἐκεῖνός τε καὶ ταύτην προβάλλεται. εἰ δὲ ὁ αὐτὸς καινὰν ἀεί, εἰ μία δύναμις καὶ ἀδιαίρετος μία τό τε καὶ νῦν ταύτῃ ἐργάζεται. ἀεὶ γὰρ χρόνου ἡ τοῦ δημιουργοῦ δύναμις ἐναπομαράνεται, ἀδιαίρετος μέχρι τοῦ διορίζεται. ἢ δεῖ νῦν μηδ' ἐκείνας ἀθανάτους εἶναι συγχωρῆσαι. ἢ καὶ ταύτῃ ἀνάγκη διαύτῃ εἶναι πεύθεσθαι. ἀναβαίνει γὰρ μέχρι τῆς πρώτης ἀρχῆς ὥσπερ ἐκείνας. ἀδεμίαν γε λογικὴν οὐσίαν ἀνθρώπῳ ἐποίησε. πῶς οὖν τὴν ἡμετέραν ψυχὴν δημιουργῶν τὸν ἑαυτοῦ παρέβαινε νόμον, ἵν' ὁμοούσιον μὴ ἐποίησεν, ὅμοιαν δὲ καὶ θεῖον εἰκόνα. καὶ εἰ φιλοσοφοίη, θεῷ προσεικάζεσθαι. τὸ δὲ θεῖον ἀθανάτῳ προσόμοιον καὶ ἀθάνατον. τὸ γὰρ θνητὸν ἀθανάτῳ ἐκ ὅμοιον, ἀλλ' ἐναντίον. σὺ δέ ὁ τὸν πλάτωνα καταπιὼν λέγεις, πᾶν γιγνόμενον πάντως εἶναι θνητόν, καὶ φθείρεσθαι, καὶ διαλύεσθαι. ἀναμνήσω δέ σε τίμαιόν, καὶ τὸ τοῦ δημιουργοῦ διαμνησθείς. ἦς τὸ προοίμιον ὡς ἐγὼ μέμνημαι. θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ πατήρ τε καὶ δημιουργὸς, ἀθανάτοι μὲν πάμπαν ἐκ ἐστε. ἐπεὶ πόρ ἢ γένεσθε, ἔτι γε μὴν λυθήσεσθε, θελήσει βουλήσεως κρείττονος θανάτου λαχόντος. ἀμφότερα γοῦν ἅμα σώζει, καὶ πεποιῆσθαι, καὶ μὴ διαλύεσθαι. μὴ γένεσθαι, μὴ τοῦ θανάτου κρείττους γίνεσθαι.

id quod immortali simile est, ipsum quoque sit immortale necesse est: quando id quod est mortale, ei quod immortale est, non simile sed contrarium est. Tu uerò, qui Platonẽ ipsum totum ebibisti, dicis, omne quod natum sit, prorsus esse mortale, & interire, & solui. At ego Timæi memoriam tibi renouabo, & orationis illius egregiæ, quam conditor ipse habet, cuius exordij memini: O uos (inquit) dij deorum, quorũ ego & pater sum, & procreator: immortales quidem omnino uos haudquaquam estis, quia procreati estis: neq; tamen solúemini, hoc uidelicet cósecuti ex mea, quæ mortẽ superat, uolũtate. Quibus uerbis hęc ambo introducit, & factũ esse, & nunquã interire: & natũ esse, & morte superioré euasisse.

Ergõ

αὐτὴ πρῶτη ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ οὐσία λογικὴ ἀεικίνητος καὶ αὐτεξούσιος, ζωὴν δὲ αὐτὴ ἔχουσα· καὶ σώματι χορηγεῖν δυναμένη. ἃ θνητὸν οὐδὲν ἔλαχεν, ἀλλὰ ταῦτα ταῦτα τὰ ἀθανασίας ἀτεχνῶς γνωρίσματα. καὶ θαυμάσαις ἂν τὴν ἔνδον τῆς ψυχῆς δύναμιν ἀεὶ τὰς ποικιλίας τῶν ἔξω καταμαθών. πᾶσα γὰρ τέχνη καὶ ἐπιστήμη, καὶ πρᾶξις καὶ θεωρία, ἱκανὸν τὸ τῆς ψυχῆς ἐρμηνεύειν ἀθάνατον. ὁ γὰρ τὸν ἔνδον, καὶ τὸ ἀεὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς εἶναι, δῶρον παρέχει. καὶ τὸ δῶρον φύσει λῶον. πλάτωνι δὲ δοκεῖ καὶ τὸν ὅλον κόσμον τοῦτον καὶ γενέσθαι, καὶ θνητὸν εἶναι. ἀθανάτου δὲ σώζεσθαι. ὁ γὰρ τὸ γενόμενον καλέσαι πάντως καὶ ἐστὶ, φησὶ πλάτωνα μὲν ἐπαινέσαι, καίπερ λέγοι τὰ σώματα γενέσθαι καὶ μὴ δόλυσθαι. ταῖς δὲ ψυχαῖς ὅτι ἐθέλεις συγχώρει, ἃ τοῖς σώμασι βαδίως χαρίζονται. Θεόφρ. ἐπεσιμὴ ἐχὶ τοῦτοις σωέπεσθαι. ἓν δὲ ἡμᾶς παρέδραμεν ὅτι τὰς μὲν ἄλλας νοερὰς καὶ λογικὰς οὐσίας μέτρῳ διωρίσθαι λέγομεν τὰς δὲ ἀνθρωπίνας εἰς ἀμετρίαν ἐξεγηκέναι. εἰ μὴ τῷ αὐτῷ ψυχῷ ἐπὶ πολλὰ σώματα μεταβαίνειν συγχώρησον ὁ λόγος. ἀξίδ. τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν τὸ πλῆθος πρὸς ἡμᾶς μὲν ἄπειρον. θεῷ δὲ δημιουργῷ πεπερασμένον, ὥσπερ καὶ ἄλλα τῶν λογικῶν οὐσίαι. ἃς σὺ μὲν οὐκ ἀριθμήσεις, θεὸς δὲ ὅσπερ πρόσεστιν ἡμῖν μὲν ἀόριστα. θεῷ δὲ προλαβόντι διωρισμένα. καὶ αὐτὸς αὐτῆς μέτρον γίνεται, ὧν περιέλαβεν. ἐν δὲ ταῖς ἀΰλοις καὶ λογικαῖς οὐσίαις, οὐ συνοχωρεῖ τὸ πλῆθος. ἓν γὰρ τὰ πάντα. καὶ ἕκαστον ὅλον ἐπλήρωσε, καὶ πάντα τὸ ὅλον ὑπεδέχεται. καὶ οὐκ ἐμποδίζει ἄλλο ἄλλῳ, καθάπερ τὰ ἔνυλα σώματα. ἐπεὶ καίτοι τοῖς φυτοῖς τῶν νῦν λεγομένων εἰδώλα φαίνεται. ἐξ ἑνὸς γὰρ δένδρου βλαστήματα μὲν μυρία τέμνεται, ἕκαστον δὲ τῶν ἀποτεμνομένων, τὸ ὅλον τῆς ζωῆς ἔχει. ὡς τῇ γῇ δοθὲν βλαστάνειν. καὶ τῆς ζωῆς τὸ ὅλον θεῷ μεγάλῳ δένδρῳ ὁμοίως ἐμμεμένηκε. καὶ ἐξ ἑνὸς ἀπειράτα γιγνόμενα, καὶ ἓν πάντα καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ γενομένων οὐδὲν ἐκεῖνο ἐξ οὗ τὰ γενόμενα. λέγειν εἰς ἀπειρίαν ἡμῖν προβαίνειν δοκῇ, καὶ ἀόριστον οὐδέν. πρὸς δὲ τούτοις, πᾶν ἐξ ἀνομοίων συνθετὸν χρόνῳ ποτὲ καὶ διαλύεται. τοιοῦτος καὶ ὁ αἰσθητὸς κόσμος. καὶ οὗ τὰ μέρη φθείρεται. ἐξ ὧν τὸ ὅλον,

Ergo hominis anima primùm sic facta prodijt, uti sit substantia rationem habens, quæ semper moueatur, sitq; sui iuris ac libera: quæ uitam ex se habeat suam, eámque possit etiam corpori impertire. Quibus bonis eorum, quę mortalia sunt, nullum est præditum: sed sunt hæc, extra controuersiam, uera ac certa immortalitatis argumenta. Et certè miraberis uim illam intus in anima latentem, si rerum quas foris agit, uarietatem noris. Omnis enim ars, omnis scientia, itémque actio & contemplatio satis superq; docere possunt, animam hominis esse immortalem. Qui enim ei suum illud esse dedit, ille ipse etiam perpetuum ut esset hoc eius donum, dedit. idq; donum est ipsa iam natura. Platoni uerò uidetur, etiam mũdus hic totus & factus olim fuisse, & mortalis esse, & perpetuo conseruandus: quando quod uri queat, non ideò prorsus comburi possit. Iam Platonem commendant, licet asserat, corpora facta quidem esse, non autem dissolui, cótra animabus nolunt tribui, quod corporibus facile concedunt. Theophrastus. Non possumus non has rationes sequi. Sed unum nos adhuc fugit, quod cùm cæteras ratione atque intelligentia præditas substantias certo quodam modo numeróque circumscriptas asseramus: humanas autem animas dicimus, extra modum numerúmque omnem prouenire, nisi eandem animam in multa corpora cómigrare concedamus. Axith. Animarum humanarum multitudo omnis, nobis quidem in immensum excrescere: at ea penes ipsum opificem æquè est finita ac certa, atque aliarum rationem habentium substantiarum. Eas ipse quidem minimè facile numeraueris: deus autem facillime. Et quæcunque ipse comprehendit, ea nobis quidem infinita sunt omnia: ipsi uero complectenti illa deo prorsus finita. Hicq; est eis modus, quẽ uult qui comprehẽdit. In incorporeis autem & rationem habentib. substantijs, multitudo non facit, ut ipsis substantijs aliqua accidat angustia. Vnum enim sunt omnia, & singula totum explent, & omnia totum suscipiũt: nec impellitur aut premitur alterum ab altero, quemadmodum corpora alia alijs impedimẽto esse possunt. Nam & in plantis, eorum quæ iam dicta sunt quasi quædam simulachra cernuntur. Amputantur enim ex una aliqua arbore surculi propè innumeri, qui tamen, iam amputati, uitam in se totam quique habent: ita ut terræ mandati germinent, eóque ipso ostendant, sibi non minus quàm magnæ arbori uitam intus affuisse. Atque ex uno illo germine fiunt innumera, & unum omnia, & eorum quæ ex eo sunt nata nullum est idipsum, ex quo sunt enatæ. Ac quanquam nobis hæc in infinitum deduci uideantur, tamen infinitum eorum est nullum. His adde, quod quæ eximparib. composita sunt, tempore suo dissoluãtur necesse est. Atq; eiusmodi mundus hic est, qui cernitur. Si quid sit, cuius partes, ex quibus ipsum constabat, intereant:

sanè totum illud cum suis, ex quibus compositum fuerat, partibus unà pereat necesse est: usque dum mortalitatem puram accipiat. Omne uerò tempus deo quidem breue est, hominibus contrà longum. Igitur si corpora aliquo usque finita sunt ac terminis suis circumscripta: non certe committendum est, ut animas in immensum producamus. Sed ibi sistetur animarum motus, ubi corporum animas ipsas suscipientium numerus gradum sistit. Quò fit ut animabus is sit præscriptus numerus ac modus, quem earum usus postularit: isq; ipse modus in eo, qui anima aliqua eget, gradum sistit. Mirum sit autẽ, cùm Apollinem fama ferat, omnem arenam in numerato habere: & supremum illum opificem animarum, quas ipse procreauit, numerum nescire? Atq; earum, quæ sunt intelligentia prædictæ, facultatum plenum est totum cœlum: plenus etiam æther angelorum atq; dæmonum: itemq; plenus aër, plena terra, plenum mare, plena denique quæ sub terra sunt omnia: ac quemadmodum ait quidam sapientum nostratiũ, adeo nihil est in rerum natura uacuũ, ut ne sit etiam, quo capillum inijcias. Sed & si mortalibus in decies millenos annos hæc externis sensibus expositа uita producatur, nunquam tamen, opinor, tantæ angelorum atq; dæmonum multitudini, humanarum animarum numerus par erit, ac quẽadmodum nũc fiunt, in hac quoq; uita fiet, ut hæc animarũ copia omnis cesset atq; deficiat. Hac enim durante & permanente uita, boni quidẽ in campum Elysium euecti ibidem agent sempiterna conuiuia, semperq; erunt pleni nectare, quæ & ipsa Platonis in ciuitate lex est: mali uerò in tartara delapsi, ex quibus nunquam sunt egressuri: ipsi quidem non amplius proficiunt, sed exemplum iustitiæ facti æternum isthic iacebunt. Quod in Phædone & Gorgia Socrates constanter affirmabat. Animarum igitur numero tantopere diminuto, ipsæ uitam hanc quasi destitutam desertamq; relinquẽt. Nec dices deinceps unquã fore, ut in hanc uitam redeat anima, uidelicet hic iterũ uictura: cũ hæc omnia sint iam antea confutata, & siquidẽ inuenili quodam modo gloriari libeat, uinculis adamantinis ligata. Iam si mille annis semel (ut ait in Phædro Socrates) unaquæque anima consuetudinem cum corpore habeat, & in decẽ millium annorum ambitũ modus animarũ sufficere statuatur: nos longe minore numero animarum egebimus. Neq; enim in tam longũ tempus mortalia corpora produci ipsi statuimus. Quò fit ut mihi potius animarum numerum atq; modũ finitũ statuenti, quã tibi diuersum existimãti, sit assentiendũ. Theoph. De anima quidẽ nullũ mihi dubiũ reliquisti: sed putas nefore aliquãdo, ut mũdus hic dissoluat? Axith. Sic sanè. id enim, cùm mũdus ipse sit corporeus, & sua sponte atq; ex se ipso minime existat, facile est demõstratu.

ἀναγκη τὸ ὅλον ἐξ ὧν τῆς μέρεσιν ἐξ ὧν συνεστάθη ταῦτα πεῖσθαι, ἕως αὖ τὸ ἀθάνατον καθαρῶς λαβοι. πᾶς δὲ χρόνος θεῷ μὲν βραχὺς. θνητοῖς δὲ μακρότατος. οὐκοῦν, εἰ μέχρι τούτου τὰ σώματα διορίζεται, οὐκ εἰς ἀπειρίαν τὰς ψυχὰς ἐξαγομεν. ἀλλὰ στήσεται τῶν ψυχῶν ἡ φορὰ. ὅταν σὺν τῷ δέοντι, καὶ μηδενὸς ἐνδεόμενον, ὥστε μέτρον ταῖς ψυχαῖς ἡ χρεία. καὶ τὸ μέτρον ᾧ δέοντι διορίζεται. ἢ ἀπόλλων μὲν τῆς ψαμμου πάσης εἰδήναι τὸν ἀριθμὸν ἐπαγγέλλεται, αὐτὸς ὁ δαιμονιώτατος τῶν ψυχῶν ἀγνοήσει τὸν ἀριθμὸν ὧν αὐτὸς προβάλλεται. καὶ μὴν νοερῶν διαφερει μεσὸς ὅλου ὁ οὐρανὸς, μεσὸς δὲ ὁ αἰθὴρ ἀγγέλων τε καὶ δαιμόνων. πλήρης μὲν ὁ αἰθὴρ, πλήρης δὲ καὶ ἡ γῆ καὶ ἡ θαλαττα, καὶ τὰ ὑπὸ γῆν πάντα. καὶ ὡς ἔφη τις τῶν παρ' ἡμῖν σοφῶν, κενὸν οὐδὲν ὅλως ὅσον αἰθέρα καὶ τρίχα βαλεῖν. ὥστε κἂν εἰθελήσειεν εἰς μυελὸν ἔτι τὸν αἰθέρα βίον αὐθρώποις ἐπεκτείνειν, οὐκ ἂν οἶμαι τῶν ἀγγέλων καὶ δαιμόνων πολυπληθείᾳ τῶν ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ χώροιντ' ἂν ἐπὶ πλεῖστοι. ὡς δὲ νῦν λέγεται, πάντελὴς ψυχῶν ἐπίληψις χώροιτ' ἂν τῷδε τῷ βίῳ. εἰ γὰρ ὄντες τοιοῦτοι διαμένει. καὶ οἱ μὲν ἀγαθοὶ εἰς τὸ πλούσιον ἀναδραμόντες ἀθανάτῳ συμπωσιάσουσιν, ἀεὶ τοῦ νέκταρος ἐμπιπλάμενοι. νόμος γὰρ καὶ οὗτος τῆς πλάτωνος πολιτείας. οἱ δὲ κακοὶ εἰς τάρταρον ἐμπεσόντες, ὅθεν οὐ ποτὲ ἐκβήσονται, αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνήσονται. παράδειγμα δὲ τῆς δίκης γενόμενοι εἰς ἀεὶ κείσονται. ταῦτα γὰρ ἐν φαίδωνι καὶ γοργίᾳ σωκράτης διϊσχυρίζετο. ἐκ τοῦ μέτρου τοσοῦτον ἀφαιρημένον λάθοιεν ἄν ποτε πλήρη τῶν ἀνθρώπων τὸν βίον καταλιπόντες. καὶ οὐκέτι φήσεις ὡς τόνδε τὸν βίον αὖθις ἡ ψυχὴ βιώσεται. ταῦτα γὰρ ἐξελήλεκται. καὶ εἰ νεανικὸν εἶεν, ἀδαμαντίνοις δεδεται. εἰδὲ γε χιλίοις ἔτεσιν ἅπαξ φησὶν ὁ τοῦ φαίδρου σωκράτης τὴν ψυχὴν ἑκάστην σώματι κοινωνεῖν. καὶ εἰς μυρίοσταν πορίσομεν τῶν ψυχῶν τὸ μέτρον ἀρκεῖν λέγεται, ἡμεῖς ἐλαττόνων ψυχῶν δεησόμεθα. οὐ γὰρ εἰς τοσοῦτον χρόνον τὰ θνητὰ σώματα φαμὲν παρατείνεσθαι. ὥστε παρ' ἐμοὶ μᾶλλον. ἢ παρὰ σοὶ μέτρῳ τὰς ψυχὰς διορίζεσθαι. Θεόφρ. Ψυχῆς μὲν δὴ περὶ οὐδὲν ἀμφισβήτησιν ἀπολέλοιπας. εἶεν δὲ τὸν κόσμον χρόνῳ ποτὲ διαλύεσθαι; Αξίθ. εἰκὸς γοῦν γεγονέναι ὡς ἑταῖρε, καὶ μὴ αὐτόματον τὸ καλὸν τοῦτό θέαμα.

Quod

πῶς λέγεις; ἐ τῶν σωμάτων ἡ γένεσις οὖσα δὴ κίνησις οὐκ ἐθέλει, ἀεὶ δὲ τοῦ τελείου καὶ ἑνὸς ὅθεν προῆλθεν ὀρέγεται. καὶ πρὸς ἐκεῖνο σπεύδει καὶ σπείγεται. ἐπεὶ γὰρ μᾶλλον ἡ κίνησις, ἐλλείποτε αὖθ' ἑστῶσα, ἕως ἂν τὸ ποθούμενον, ἐνδοιεὶ εὑρήσει δὲ, ὅταν ὁ δημιουργὸς αὐτὸς βούλοιτο. βουλήσεται δὲ, ὅταν ἐπιτήδειον ἦ. μετὰ γὰρ τὴν τῶν ψυχῶν δοκιμασίαν καὶ τὴν προφανῆ τῶν κακίας ἔλεγχον. τὸ καθ' ὅλον ἐπὶ τὸ ἀθανάτου μεταλλάξει. ὥστε σωφρόνειν τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀθανασίαν. καὶ πάλιν οἰκεῖον γενέσθαι τὸν τόπον, τὴν τῶν οἰκούντων εὐδαιμονίαν. ἐπεὶ γὰρ θνητῷ κόσμῳ, θνητὸν ζῷον γενέσθαι. ἀθανάτῳ δὲ τὸ ἀθάνατον. μία γὰρ τοῦ παντὸς σύμπνοια. ἄπακτον οὐδὲν, οὐδὲ ἀσύμφωνον, ἀλλ' ἕκαστον ἑκάστῳ φίλιόν τε καὶ ἐπιτήδειον. καὶ πλὴν τοῦ δημιουργοῦ βούλησιν, πεποίηται φύσιν. σοφοῦ δὲ ὄντος καὶ δυνατοῦ τὰ αὐτὰ θνητὰ καὶ ἀθάνατα μεταποιεῖν. ἢ, πόσης δυνάμεως καὶ σοφίας. μήτε τὸ θνητὸν ἡμᾶς ἀγνοεῖν μήτε γε αὖθις διαμένειν. τί δὲ οὐκ ἀγένητον ὁ κόσμος καὶ ἄναρχος. ἢ πῶς δημιουργὸς ὁ δημιουργός. ἐ χρόνῳ μὲν ὁ τε μὴ τὰ αὐτοῦ εἰργάζετο. ἄξιον. ἄκουε δή φασι μάλα καλοῦ λόγου. Ὁ παύτων βασιλεὺς, ἀεὶ οὗτος τὰ πάντα βασιλεὺς ἀεὶ οὗτος τὰ πάντα. ἢ τῶν ὄντων ἀρχὴ, καὶ γονή. οὐ γὰρ ἄγονος πώποτε, αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, ὁ τῆς σοφίας πατὴρ, καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, οὐ χρόνῳ τῆς τόκου δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἤρξατο. ἀεὶ γὰρ τοῦ λόγου καὶ σοφίας πατὴρ. οὐ πάθει χρηνήσας. οὐ γὰρ ἦν ἀνάγκης, ἐδὲ σπαρτόν τῆς χρηνήσεως λαβὼν, ἐ γὰρ μὴ ἄλλο. ἐδὲ ἑαυτὸν τῆς δυνάμεως κρύσας. ἀεὶ γὰρ ἐν ἑαυτῷ, ὃν τέτοκεν ἔχει. ὅλον ἐν ὅλῳ πεπληρωῦται καὶ πληρούμενον, μόνον γὰρ πατὴρ εἶναι, μόνος ἠβούλετο. καὶ ὁ προῆκεν τὸ χρόνημα. ὁ γὰρ ἔσχεν ἐν ἑαυτῷ καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας. ὁ γὰρ σώσεως ἐν ἑαυτῷ. διὰ τοῦτο τὸν λόγον ὅσιον ὄντα τέτοκεν. ἵνα πλὴν κρύσασιν, καὶ τοῦ πατρὸς δυνάμιν διηγήσεται. αὐτολόγος ὤν. αὐτὸς νοῦς καὶ τῷ νοῖ ἅπαντα συναθροίσας. πάντα ὁ πατὴρ δι' αὐτοῦ δημιουργεῖ. σοφία γὰρ ἔδει τόδε τὸ πᾶν ἐργάζεσθαι. καὶ ἅμα τῷ τόκῳ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἅγιον πνεῦμα προήνεγκε. ὁ βία, φησίν. ἀλλ' ἐξουσίᾳ δυνάμεως, διὸ δὴ καὶ τέτοκε βουλόμενος, καὶ προήγαγε, δυνάμενος.

Quid enim dicas? Si corporũ generatio, quæ ipsa motus quidam est ut deficere, manere uno in loco nolit, ac potius ad unum illud & perfectum, ex quo prouenit, principium tendat, properet, atque etiam propellatur: neq; enim sine causa aliqua fit motus, neque uspiam sistitur, antequam id quod desideratum est, inuentum sit: inuenietur, quando supremus ille rerum opifex uoluerit: uolet autẽ ille, cùm ei uisum fuerit opportunũ. Etenim facta iam animarum probatione, & perspicua atq; omnibus nota malitiæ reprehensione: hoc omne quod sensibus est expositum, in id quod immortale est atq; æternum conuertetur: quando conueniens est hominum immortalitati, ut locus aptus atque accommodus fiat incolarum felicitati. Oportuit in eo, qui periturus est, mundo, mortale quoque seu periturum animãs esse, ac rursus in illo æterno æternum atque immortale. Omnium enim rerum una quædam est concordia: nec est inordinatum, aut ab hac concordia deflectens quicquam: sed singula singulis sunt amica, apta atq; idonea. Atque hæc supremi conditoris uoluntas est ipsa natura. Nam & sapientis & prepotentis esse puto, res easdem & mortales facere, & immortales. Quanta enim potentia & sapientia fit, ut & mortalis naturę non expertes atq; ignorantes simus: & in illa ipsa iam explorata non maneamus? Theophrastus. Quid uero? An non hic mundus, & nunquam natus est, & principio omni caret? Aut quomodo opifex ille est opifex: si quidem tempus fuit ullum, quo suarum rerum nihil peragebat? Axith. Idipsum audias quæso: reddunt enim rationem, sanè quàm bonam. Supremus ille rex omnium, ex quo omnia promanant, rerum omnium principium & origo, in primísque fœcundus fons est: quippe qui sit summum bonum, sapientiæ pater, rerum omnium conditor. Is non tempore aliquo cœpit habere generationis uim atque facultatem: sed semper uerbi & sapientiæ pater exiftit. Neque uerò passus est quicquam generando: quippe qui nec aliqua necessitatis ui, nec assumpto generationis consorte (quanquam non esset quisquam alius) neque exhausta per hoc sua potentia genera uit. Semper enim in se eum quem genuit, totum in toto, replentem & repletum habet. Solus ipse pater esse uoluit. Nec propterea est superflua illa soboles: alioquin enim non haberet eum in se, & ipse esset eiusdem naturæ atque substantiæ. Iam quia compositum in eo non est quicquam, ideo uerbum naturaliter, aut, ut sic dicam, substantialiter genuit: nempe ut substantiam & uirtutem patris enarret: qui ipse est uerbum, quiq; ipse est mens, & mente in unum omnia cogit, omniáque per ipsum pater facit. Sapientia enim hoc quicquid est sola potuit effici. Atq; unà cum filio, qui naturæ est eiusdem, spiritũ sanctũ etiam produxit: non ui certe ulla adigente, sed uirtutis suæ facultate. Vnde & quia ualuit, & quia potuit, eũ produxit.

Quo

Quo ſpiritu deus omnia mente & ſenſu prædita ſoleat affare, & uirtute replere, & complecti, & ad ſeſe pertrahere. Semper enim ſpiritus ad patrem ſe conuertit, eoq; etiam quicquid contigerit, prorſus trahit. Atque eiuſmodi eſt perennis hæc magna patris ſapiẽtia & uirtus quæ eſt unitas & diuina trinitas, nec maius nec minus quicquã in ſe recipiens. Eſt enim una ſubſtantia, quæ mentem habentes ſubſtantias conſtituit ac fecit: quãdo uoluit habere quibus benefaceret, ideoq; ſuperas illas facultates produxit, nempe ut ipſo bono, primaq; ſua beneficentia abunde fruerentur. Nullus enim in bono inuidiæ eſt locus. Atq; ſic quidem conditor antequam hæc ipſa quę ſenſibus ſunt expoſita procreaſſet, minimè ocioſus fuit. Cœlum autem, à quo tempus initium ſumpſit, & terram, & aẽrem, & mare, his iam procreatis effecit. aliàs etiam aliud, pro ſua ſumma potentia facit, materiámque rebus omnibus ipſe præſtat, exuſcitat, coagmentat, concinnat, ornat. Neque enim credendum eſt materiam non naſci, principioq; carere. Quod te Chaldæi docent: itemq; Porphyrius in eo, quem καθόλου inſcribit, libro, cùm rationes Chaldæorum in medium omnes affert, ijs materiam eſſe natam affirmat: tum Plotini librum explicans dicit, exiſtimare ſecũdum naturam ac rectè dici, materiam non natam, & tanquam rerum principium poni, planè ut impiam opinionem minuendam ac explodendam. Si igitur materia eſt nata, nec habenda pro primo rerum omnium principio, ſed ultimo creata: quomodo ſenſibus expoſitus ille mundus poterit non natus eſſe, aut principio carere, aut omni tempore prior extitiſſe? Opus enim ipſum non poteſt eſſe prius aut antiquius ſua materia. Idem nobis etiam Plato, quemadmodũ ipſe non ignoras, in Timæo, nullo colore uerborum uſus, affirmat. Ac primum ſit ne factus, an infectus hic mundus, quęrit: tum cauſa aſcribitur, poteſt enim cerni: ipſaq; coli ſuauiſsima portio, ſydera itidem facta ſunt. Ipſorum enim commigrationes ſiue motus, & decurſus, & conuerſiones, & aduerſus Boream aſcenſus, & in auſtrum deſcenſus: ſolisque & lunæ defectiones, & quicquid ſenſus non eſt expers, gigni quidem Platoni uidentur, uerum eſſe firma ac ſolida nunquam. Theophraſt. At Platonis myſteriorũ interpretes, τὸ γέγονεν, ideſt, factum eſt, non ſimpliciter accipiunt, ſed perinde ac ſi diceretur ſecundũ cauſam factũ, exponunt. Vt umbræ meæ cauſam meum ipſius corpus aio: at eam corpus meũ nõ fecit, ſed hęc ipſum ſecuta eſt. Axith. Ergo conditor non eſt cõditor: ſiquidem quæ fecit, minime ſua uoluntate fecit: & uniuerſum hoc quicquid eſt, ſpõte ſua atq; ex ſeſe exiſtit. Et ni ſit factum iam aliquod corpus, quod ſtet è regione ſolis, nõ cõcedit ut à tergo lux fiat, idq; ipſum eſt umbra.

